BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
23 L
M 7
..4.
12
C

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

12.3.40

Google

Digitized by Google

DE VERA SAPIENTIA
SEU
DIVINARUM INSTITUTIONUM ADVERSUS GENTES
L. CÆLII LACTANTII FIRMIANI
LIBER IV.

RECENSUIT, VARIANTIBUS LECTIONIBUS, ANNOTATIONIBUS, CASTIGATIONIBUS, AC DISSERTATIONIBUS ILLUSTRAVIT

F. EDUARDUS A S. XAVERIO C. E.

BIBLIOTECA NAZ
ROMA
VITTORIO EMANUELE





ROMÆ, cIↄ. Iↄcc. lvii.
EX TYPOGRAPHIA ANGELI ROTILII
In Ædibus De Maximis

SUPERIORUM PERMISSU.

SOC. IESV * BIBL. SEC. COLL. ROM.
IHS

Digitized by Google

Ex iis autem, qui ſunt, eligamus non eos, qui verba, magna celeritate præcipitant, & communes locos volvunt, & in privato circulantur: ſed eos, qui vita docent, qui quum dixerint, quid faciendum ſit, probant faciendo: qui docent, quid vitandum ſit, nec umquam in eo, quod fugiendum dixerint, deprehenduntur. &c.

Senec. Epiſt. LII.

Emo, ec Rmo Principi

F. JOH. ANTONIO GUADAGNI

ORDINIS CARMELITARUM EXCALCEATORUM S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO, AC SANTISSIMI D. N. P. VICARIO GENERALI

FR. EDUARDUS A S. XAVERIO CARM. EXCAL. S. P. D.

Verebar equidem, *Princeps Eminentiſſime*, ne præclariſſimum nomen *Tuum*, libro huic Divinarum inſtitutionum IV. præfixum, admirationem, indignationemque legentibus eſſet excitaturum: quaſi negligentiæ, atque incon-

Digitized by Google

ſiderantiæ me arguentibus,quoniam tandiu officium obſervantiæ erga *Te* meæ adimplere, diſtulerim; quod tamen, cum pro *Tua* erga me benevolentia, tum pro communi & ſtudiorum, & partium conjunctione, *Tibi* hactenus deeſſe, non debuit. Quare invito ſane ſuſtinebam animo, me hocce oblivionis, ac veluti ingrati animi vitio notari, donec tempus adeſſet, quo labem hanc omnino detergerem, & quod jampridem optaveram: immo a ſuſcepti laboris initio propoſueram, *Tibi* debitum obſequii mei indicium, qua par eſt ſinceritate, exhiberem; fore abunde ratus,

ut

ut apud cordatos viros propoſiti mei ratio probanda maximopere eſſet, quum dilationis cauſſam, occaſionemque patefacerem. En tempus adeſt, & jam ſancte affirmare poſſum, hanc eandem illam fuiſſe, qua ſingulos Lactantii libros ſub egregiorum, perfectiſſimorumque virorum auſpiciis edere conſtitueram, quorum vita, mores, res præclare geſtæ, dignitas, atque authoritas, Scriptoris noſtri doctrinam ſimul, atque eloquentiam, novo decore ornarent, ſplendore augerent, virtutibus commendarent, ac aſſertæ veritatis effata præſentibus operibus, clariſſi-

miſque factis comprobarent. Quum igitur liber iſte *veræ ſapientiæ* titulum præſeferat, ac de illa, omnigena eruditione pertractet, æquo mihi jure *Te* auſpicem poſtulare viſus eſt, utpote qui cæleſti ſapientia ab incunabulis imbutus, non minus munifice eum tueri poteris authoritate, qua polles, quam & dictis, & factis totum ſic perfundere luminibus, ut obcæcata etiam pectora ſplendor inde emicans valeat penetrare. Duo ſiquidem potiſſimum ſunt, in quibus hujuſce libri materia, tamquam in duplici verſatur cardine: non poſſe ſcilicet veram ſapientiam a vera religio-
ne

ne ſeparari, nec perfecte morum doctrinam hominibus ab aliquo tradi poſſe, quin prior ipſe præcepta adimpleat, quæ aliis adimplenda proponit.

Quis autem neſciat, *Te* utrumque excellentiſſime præſtitiſſe, ac in dies incomparabili conſtantia præſtare? Minime opus eſt heic ea repetere virtutum ſpecimina, quibus expectationem, quam de *Te* excitaveras, ſtatim ſuperaſti; quum illud meminiſſe ſit ſatis, quod jam inter Florentinæ Metropolitanæ Eccleſiæ proceres, Coſmi III. Magni Etruriæ Ducis petitione adſcitus, omnibus poſthabitis, quæ heic a

mortalibus pro bonis haberi ſolent, & magni æſtimantur, eo præſertim nomine, quia ſæpe ad majora proveunt, ſuperni luminis ductu, ac ſtudio religionis unice illectus, in Carmelitarum Ordinem primævæ ſanctimoniæ, ope Seraphicæ V. Thereſiæ redditum, nomen dediſti, tantaque maximarum virtutum perfectione fundamenta *Te* jampridem poſuiſſe, ſtatim oſtendiſti, ut cæteris jam dux eſſe poſſes, nec quicquam addiſcendum a veteranis haberes, quod tyrones prudenti diſciplina, ac exemplis docere non quiviſſes. Hinc his inſtituendis præfectus, mox per omnes dignitatis, ac re-

religioſi regiminis in Tua provincia gradus , communi omnium voto , ac plauſu evectus , parem Te , inferioremque cæteris omni ſtudio nitebaris apparere , quod etiam eſſet fortaſſe creditum , niſi prudentia , pietate , ac religione , omnibus longe anteire manifeſtiſſime jamdudum conſtitiſſet. Quæ, Te Provinciæ moderatore , incrementa profreſſus ordo , ac majorum acceperint inſtituta , Piſanum a Te erectum Cœnobium , idoneiſque ſodalibus , Te magiſtro , Te ſocio , Te rectora formatis , repletum , abunde demonſtrat . Quamquam enim Te ibidem in divinarum con-

templatione rerum palæſtram exercentem, & ceu magnarum alarum aquilam ſingulos tuæ curæ commiſſos, paternoque amore dilectos, ad æterni jubaris radios intuendos, quotidie in ſolitario receſſu provocantem, latitare non diu paſſus ſit Benedictus XIII. ſummus Romanus Pontifex, atque cæleſtis diſciplinæ incomparabilis aſſertor, qui *Te* invitum, ac reluctantem Arretinæ Eccleſiæ præfecit; non ideo tamen ſacrarum infularum ornamenta, quicquam antiquæ Tuæ conſuetudinis immutarunt; ſed potius ſplendida illa ſinceræ pietatis exercitia, quæ Aſceterii late-

bris

bris adumbrare tantopere ſtudebas, ex florentiſſimæ fidelium Chriſti congregationis Sede, latius uberiuſque propagarunt. Eſſent heic & ea recenſenda, quæ quinque ſupra viginti ab hinc annis ſacra decoratus Purpura, hac in Urbe omnium Magiſtra, diurna, nocturnaque incredibili vigilantia, conſtanti ſtudio, ac ſumma charitate documenta, præcepta, exempla; atque ſubſidia ſingulis congruentia præbes; qualia virum decent principis omnium Eccleſiarum ſolicitudinis participem ab eo factum, cui Chriſti Domini vices in Terris gerere divinitus datum

eſt.

eſt. Sed nimium iſthæc epiſtolæ modum excedunt; & perquam maxime ſtyli mei tenuitatem tantarum virtutum ſuperat magnitudo, quæ tametſi parem ſibi laudatorem habere nequeat; innumeros tamen habet admiratores, & teſtes. Quamobrem quum Sanctiſſimi Avunculi Tui Clementis XII. in Te ad tale munus eligendo providentiam laudant, Tuam etiam ſapientiam in eo admiſtrando ita depredicant, ut Te auſpice dignum hunc librum eſſe, nemo queat amplius ambigere, aut me, qui eum Tibi reſervavi, negligentię valeat poſtulare. Nullus propterea dubito, quin me hunc

ip-

ipſum *Tibi* obſequenti animo offerentem, ſis de more perbenigne accepturus, & voluntatem erga *Te* meam humaniter probaturus, ne mihi, Lactantioque meo præſidium deſit, quo tueamur; neve veræ ſapientiæ ſummam legentes, exemplar aliquod præſens deſiderent, ad quod mores ſuos, actioneſque componant; ſi ardua, atque cruenta divini præceptoris veſtigia percalcare reformident.

Dabam Romæ ex Collegio noſtro S. Mariæ de Victoria ipſis Idibus April. MDCCLVII.

Digitized by Google

J. ✠ M.

FR. RAYNALDUS MARIA A S. JOSEPH
Præpoſitus Generalis Carmelitarum Diſcalceatorum Congregationis S. Eliæ Ordinis Beatiſſimæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo, ac ejuſdem Sacri Montis Prior.

TEnore præſentium facultatem impertimur Reverendo Patri Eduardo a Sancto Franciſco Xaverio Sacerdoti Profeſſo Provinviæ Noſtræ Romanæ imprimendi Opera omnia Lactantii Firmiani cum Notis, & Diſſertationibus ſuis a duobus e noſtris Theologis, recognita. Datum Romæ in Conventu noſtro SS. Thereſiæ, & Joannis a Cruce predie Kalendas Decembris 1753.

Fr. Raynaldus Maria a S. Joſeph
Præpoſitus Generalis.

Fr. Pius a S. Dominico Secretarius.

AP-

APPROBATIO OPERIS.

DIvinarum Inſtitutionum Libros ſeptem a Caelio Lactantio Firmiano acri judicio conceptos, ſtyloque eleganti exaratos, atque unico volumine comprehenſos, poſt tot editiones ab aliis exornatas, modo in lucem publicam profert Admodum Rev. Pater Eduardus a S.Xaverio Carmelitici Ordinis Diſcalceati Alumnus, quondam Sacræ Theolagiæ Prælector, atque inter Supremæ Sac. Inquiſitionis Cenſores adſcitus, notis auctos eruditione multa cum Sacra, tum profana refertos, ac in ſeptem tomos diſtinctos: quos Jubente Reverendiſſimo Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro Patre Joſepho Auguſtino Orſi Ordinis Prædicatorum, magno animi mei oblectamento a capite ad calcem uſque ſedulò luſtravi, atteatèque inſpexi, nihilque, quoad eruditum Editorem attinet, invenire potui, quod Fidei adverſetur Catholicæ, boniſque moribus ſit contrarium, ac in Summos Principes injurium. Ubi ſe offert occaſio clariſſimus Author Veræ Fidei inconcuſſa dogmata, atque Sanctæ Eccleſiæ vetuſtos ritus vindicat, ac tuetur, a deliriis, & impoſturis Eterodoxorum, quos ſic impiè obloquentes charitativè admonet, ac blande adhortatur, ut relicta via, quæ ducit ad Tartara, eam ineant, quæ iter pandit ad gloriam. Imo ſi in Textu Lactantiano aliquid offendit, quod ad juſtam Fidei regulam non ſit exactum, vel a Fide ipſa exorbitet, fatetur aperte, aſſeritque, Lactantium in Millenariorum errorem prolapſum, eumdemque erraſſe in libro in ſcripto *de Vita beata*, ubi loquitur de Elia, nulla prorſus mentione facta de Enoch contra librum Apocalypſeos. Quod in aliis approbationibus librorum a noſtro Authore editorum abſue ulla aſſentationis umbra me dixiſſe, memini, idipſum repetere, ac confirmare in haece præſenti jure debebam. Sic ſentiebam

bam ex Aedibus S. Patris Franciſci ad Ripas Tyberis octavo Kalendas Septembris anno reparatæ ſalutis ſeptingenteſimo quinquageſimo quarto ſupra milleſimum.

F. Franciſcus Antonius a Colle-Longo Ordinis Minorum Strictioris Obſervantiæ S. P. Franciſci Sac. Theologiæ Lector emeritus, ac Sacrorum Rituum Congregationis Conſultor.

APPROBATIO OPERIS.

QUod auctoritate Sac. Palatii Apoſtolici Magiſtri injunctum mihi fuerat, perfeci, maxima, qua potui, ſcilicet, diligentia perlegens Commentaria, & Diſſertationes, quæ in ſingula Lactantii Firmiani opera elaboravit vir eruditione præſtans Pater Eduardus Franceſchini a S. Franciſco Xaverio excalceatus Carmelita. In his, magna animi voluptate, ingenii acumen, doctrinæ robur, ſcribendi elegantiam, argumentorum vim, & copiam, atque facundiam inſpexi; neque quidpiam, ullibi, obſervare mihi licuit, quod Catholicæ Fidei, honeſtiſque moribus repugnaret: quare ſi, publici juris fiant arbitror plurimam inde legentibus utilitatem provenire poſſe. Romæ ex Monaſterio S. Agnetis extra Muros Urbis die IV. Aprilis anni 1754.

D. Thomas Rita Præſes, & L. Emeritus.

APPROBATIO OPERIS.

ERuditione, Doctrina, Methodo, Diligentia, cæteriſque Dotibus, quæ Authorum ſcripta commendant, abunde coruſcant Commentaria, & Diſſertationes, quæ in omnia Lactantii Firmiani Opera Vir Cl. P. Eduardus Franceſchini a S. Franciſco Xaverio elu-

elucubravit, & non vulgari cum ſuis Nominis Gloria editurus eſt. Quapropter quum jubente Reverendiſſimo P. Mag. Sac. Pal. Apoſt. Opus integrum attente perlegerim, & nihil in eis, quod Fidei Dogmatibus, aut morum integritati adverſetur, invenerim, Typis vulganda cenſeo. Romæ ipſis Kal. April. Anni 1754.

Michael Joſeph Morei Arcadiæ
Cuſtos Generalis.

Digitized by Google

IMPRIMATUR.

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro.

F. M. de Rubeis Patriarc. Conſtantinopol. Viceſgerens.

IMPRIMATR.

Er. Vincentius Elena Magiſter Socius Reverendiſſimi Patris Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtri Ord. Prædic.

L. CÆLII LACTANTII FIRMIANI

Divinarum inſtitutionum adverſus gentes.

LIBER QUARTUS

DE VERA SAPIENTIA.

CAP. I.

I.

Conſideranti mihi [a] *Conſtantine Imperator*, [b] & cum animo meo ſæpe reputanti priorem illum generis humani ſtatum; & mirum pariter, [c] & indignum videri ſolet, quod unius ſæculi ſtultitia, religiones varias ſuſcipientis, deoſque mul-

a *Conſideranti mihi* &c. Al. *Cogitanti mihi* &c. Nempe ad imitationem Ciceronis, qui ſic orſus eſt in libro *de Oratore*; At ſi in hac periodo omnia, rite perpendas, & Noſtri verba, & ſenſa cum Tullianis con-

multos eſſe credentis, in tantam ſubito ignorationem ſui ventum eſt, ut ablata ex oculis [d] veritate, neque religio Dei veri, neque humanitatis ratio teneretur, hominibus non in cælo ſummum bonum quærentibus, ſed in terra.

conferas, ſtatim noſces imitatorem quidem Tullii Lactantium fuiſſe; non autem ita mendicum, ut ea quoque ab eo deſumeret, quæ eloquentiæ copiam indicarent. Lege ergo cum antiquioribus Mss. Bon., Longob. Aldino, & Palatino-Vaticano, & diſce veræ imitationis modum.

b CONSTANTINE IMPERATOR; Aliqui Mss., & typis editi libri, hiſce carent verbis; ſed Schottus, & alii retinere jubent ea, quæ in ſolo Gathano Ms. ſic immutantur: *Conſtantinum Imperatorem* ex Bunem.

c *Et mirum pariter, &* &c. Vel copulam, vel adverbium redundare heic viſum eſt Heumanno; ſed Bunem. lectionem noſtram propugnat, & pluribus exemplis ſcite illuſtrat.

d *Ablata ex oculis*. Al. *oblata oculis*. Al. *abjecta ex oculis*.

2.

Quam ob cauſſam profecto ſæculorum veterum mutata felicitas eſt. Cœperunt enim relicto parente [a], & conſtitutore omnium Deo, inſenſibilia digitorum ſuorum figmenta ve-

a *Cœperunt enim relicto parente* &c. De primis Idololatris quæritur heic, & merito miratur Lactantius; ſed neſcio qua fronte dixerit Gallæus: *Hujus cul-*

venerari: quæ pravitas quid effecerit [b], aut quid malorum attulerit, res ipſa declarat.

culpæ etiam nunc rei ſunt Papiſtæ, qui opera digitorum ſuorum venerantur, dum Idola ſua exoſculantur, atque eorum illis preces ſuas fundunt. Hæc enim, jam ſcribente Gallæo, Chriſtianus Orbis noverat, per impoſturam, & columniam ab errorum magiſtris Luthero, & Calvino in nos excogitata fuiſſe. Iccirco mirandum potius, quod hujuſmodi hominum excoecatorum deliriis fidem ii adhibuerint, quibus notum jam antea erat, qua ratione a primis Eccleſiæ ſæculis Prototypi, veneratione digni, in ſuis imaginibus colerentur. Error quidem diſpar; cauſſa vero eadem, ut infra viſuri ſumus cap. xxx. a ſeg. 8.

b *Quid effecerit*: Al. *fecerit*. Sæpe in Mss. hæc variatio occurrit.

3.

Averſi namque a ſummo bono, quod ideo beatum, ac ſempiternum [a] eſt, quia videri, tangi, comprehendi non poteſt, & a virtutibus ei bono congruentibus, quæ ſunt æque immortales, ad hos corruptos, & fragiles Deos lapſi, & ſtudentes iis rebus, quibus ſolum corpus ornatur, alitur, delectatur; mortem ſibi perpetuam cum Diis, & cum bonis corporalibus quæſierunt, quia morti corpus omne ſubjectum eſt.

a *Ac ſempiternum*. Al. *& ſempiternum*. Al. *atque ſempiternam*.

4.

Inſecuta eſt igitur hujuſmodi religiones

injuſtitia, & impietas, ſicuti fuerat neceſſe: deſierunt enim vultus ſuos in cælum tollere: & deorſum [a] mentes hominum depreſſæ, terrenis, ut religionibus, ſic etiam bonis inhærebant.

a *Et deorſum*. Al. *ſed deorſum*.

5.

Secutum eſt diſcidium [a] generis humani, & fraus & nefas omne, quia ſpretis æternis, atque incorruptis bonis, quæ ſola debent ab homine concupiſci, temporalia, & brevia malverunt, majorque hominibus ad malum fides fuit, qui pravum recto, quia præſentius fuerat, prætulerunt.

a *Diſcidium*: Al. *diſſidium*.

6.

Sic humanam vitam, prioribus ſæculis in clariſſima luce verſatam, caligo, ac tenebræ comprehenderunt, & quod pravitati congruens erat, poſtquam ſublata ſapientia eſt [a], tunc demum ſibi homines ſapientum nomen [b] vindicare cæperunt.

a *Sublata ſapientia eſt, tunc* &c. Al. *ſapientia ſublata eſt*, tum &c.
b *Tunc demum homines ſapientum nomen*. Al. *ſapientiæ*. Schottus: *Sapientium*.

7.

Tum autem nemo ſapiens vocabatur, quum

quum omnes erant. Utinamque[a] nomen illud, aliquando publicum, quamvis ad paucos redactum, tamen vim ſuam retineret.

a *Utinamque*: Al. *utramque*. Al. *uterque*. Al. *utique*.

8.

Potuiſſent enim fortaſſe pauci illi vel ingenio, vel authoritate, vel aſſiduis hortamentis liberare populum vitiis, & erroribus: ſed adeo in totum ſapientia occiderat[a], ut ex ipſa nominis arrogantia, nullum eorum, qui vocarentur, appareat[b], fuiſſe ſapientem.

a *Sapientia occiderat*: Al. *ceciderat*: Eodem ſenſu. Aldus legit nobiſcum.
b *Appareat*. Al. *apparuerit*. Aldus nobiſcum legit.

9.

Et tamen prius, quam hæc philoſophia quæ dicitur, eſſet inventa[a], ſeptem fuiſſe traduntur[b] primi omnium, qui quia de re-

a *Philoſophia*, *quæ dicitur*, *eſſet inventa*: Al. *Philoſophia*, *quæ dicitur eſſe*, *inveniretur*.
b *Septem fuiſſe traduntur*. Scilicet Græciæ ſapientes; qui fuiſſe dicuntur: Thales Mileſius, Cleobulus Lindius, Chilon Lacedemonius, Periander Cypſeli filius, & Corinthi tyrannus, Solon Salaminæ natus, quamvis a Parentibus, & domicilii loco, Athenienſis dictus, Pittacus Mitylenæus, & Bias Prienæus, de quibus Tzetzes *Chil.* II. *Car.* 59., Laertius, Plutarchus, Svidas, aliique plures tam Græci, quam Latini luculenter agunt.

bus naturalibus quærere, ac diſputare ſunt auſi, ſapientes haberi, appellarique meruerunt.

10.

O miſerum, calamitoſumque ſæculum, quo per orbem totum ſeptem ſoli fuerunt, qui hominum vocabulo cierentur [a]! nemo enim poteſt jure dici homo [b], niſi qui ſapiens eſt.

a *Hominum vocabulo cierentur*. Al. *vocabulum cieretur*. Al. *crederentur*: Nihil mutandum cenſeo: Nota enim verbi heic ſignificatio eſt, & Feſtus pro *nominare*, *ciere* dici teſtatur.

b *Poteſt jure dici homo*. Al. *vere dici*: Melius tamen *jure*, ut ſæpe Cicero: & heic maxime, ubi *vere* dici poteſt de quocumque homine, quod talis ſit; non tamen *jure*, niſi ſit ſapiens; quum ſapientiæ ſtudere, eamque conſequi, ſolius hominis ſapientis proprium ſit.

11.

Sed ſi cæteri omnes, præter ipſos, ſtulti fuerunt, ne illi quidem ſapientes: quia nemo ſapiens eſſe vere, judicio ſtultorum poteſt.

12.

Adeo ab his abſuit ſapientia, ut ne poſtea quidem increſcente doctrina [a], & multis, magniſque ingeniis in id ipſum ſemper intentis, Philoſophia potuerit perfici, ac veritas compre-

a *Increſcente doctrina*. Svetón. *de Illuſtr. Gram.* *cura artis increvit*.

prehendi[b]. Nam poſt illorum ſeptem ſapientum gloriam, incredibile eſt, quanto ſtudio [c] inquirendæ veritatis Grçcia omnis exarſerit.

b *Philoſophia potuerit perfici, ac veritas comprehendi*. Sic reſtitui lectionem hanc, ubi Al. omiſſa *Philoſophia* legebant *potuerit perſpici veritas, & comprehendi*.

c *Incredibile eſt, quanto ſtudio* &c. Laertium conſule, ex antiquis, & Stanlejum ex recentioribus ſi exaggerare heic tibi videtur Lactantius.

13.

Ac primum, nomen ipſum *Sapiens* arrogans putaverunt[a]: ſeque non ſapientes, ſed ſtudioſos ſapientiæ vocaverunt. Quo facto & illos, qui temere ſapientum ſibi nomen aſciverunt, erroris ſtultitiæque damnaverunt, & ſe quoque ipſos ignoraotiæ, quam quidem non diffitebantur.

a *Nomen ipſum* ſapiens *arrogans putaverunt*: ſic Bon. Aldus, & alii antiquiores. Nonnulli tamen pro Tò *ſapiens* habent *ſapientiæ*, quæ vox cum ſequentibus non congruit. Pythagoras enim, ſolum Deum, mortalium neminem, ſapientem eſſe, primus docuiſſe fertur, ideoque ſe *philoſophum*, id eſt *ſapientiæ ſtudioſum*, non autem *ſophum*, id eſt *ſapientem*, voluit appellari. Vide L. III. cap. XIII. ſeg. 5.

14.

Nam ubicunque rerum natura ingeniis eorum

rum quaſi manus oppoſuerat [a], ne rationem poſſent aliquam reddere, teſtificari ſolebant, nihil ſcire ſe, nihil cernere. Unde multo ſapientiores inveniuntur, qui ſe aliqua ex parte viderunt [b], quam illi, qui ſe ſapere crediderunt.

a *Quaſi manus oppoſuerat*. Quod eſt proprium, eorum, qui ſe abſcondere cupiunt ab alienis obtutibus: vel etiam illorum, qui eos repellunt, a quibus complecti nolunt; Elegantiſſima a Lactantio uſurpata phraſis, qua Horat. utitur Epod. III. v. penultimo. Et Ovid. lib. XII. Metam. &c. Bon. *Quaſi manus oppoſuerunt*.

b *Qui ſe aliqua ex parte viderunt*. Scilicet ignorantiam propriam noverunt.

C A P. I I.

1.

QUare, ſi neque illi fuere ſapientes, qui ſunt appellati, neque poſteriores, qui non dubitaverunt inſipientiam confiteri, quid ſupereſt, niſi ut alibi ſit quærenda ſapientia, quando non eſt, ubi quærebatur, inventa?

a *Quando non eſt*. Bon. *quia non eſt* &c.

2.

Quid autem putemus fuiſſe cauſſæ, cur tot ingeniis, totque temporibus ſummo ſtudio, &

& labore quæſita non reperiretur [a], niſi quod eam philoſophi extra fines ſuos quæſierunt?

a *Non reperitur*. Bon. hoc verbum ſemper cum duplici pp. more antiquorum ſcribit.

3.

Qui quoniam peragratis,& exploratis omnibus, nuſquam ullam ſapientiam [a] comprehenderunt, & alicubi eſſe illam, neceſſe eſt: apparet, illic potiſſimum eſſe quærendam, ubi ſtultitiæ titulus apparet [b], cujus velamento Deus, ne arcanum divini ſui operis in propatulo eſſet, theſaurum ſapientiæ, ac veritatis abſcondit [c].

a *Nuſquam ullam ſapientiam*. Al. *nuſquam illam* &c. Al. *nuſquam ſapientium*. Al. *nuſquam, nullam* &c.

b *Ubi ſtultitiæ titulus apparet*. De Chriſti Domini doctrina Paulus ait 1. *ad Corinth. c.*1.*v.*23. *Nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum, Judæis quidem ſcandalum, Gentibus autem ſtultitiam* & cap. VI. ℣. 10. *Nos ſtulti propter Chriſtum* &c. Neque ſolummodo temporibus Apoſtolorum ſic audiebant Chriſti Domini fideles; Sed antiqua Chaldæorum, Ægyptiorumque ſuperbia Judæorum neminem ſapientem exiſtimabat, & hinc Græci, & Romani numquam eos pro ſapientibus habuerunt.

c *Theſaurum ſapientiæ, ac veritatis abſcondit*. Idem Apoſtolus ad Coloſſ. II. ℣. 3. *In agnitionem Myſterii Dei Patris, & Chriſti Jeſu: in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ abſconditi*. Bon. *Thenſaurum* more antiquo.

4.

Unde equidem ſoleo mirari, quod quum Py-

Pythagoras, & poſtea Plato a, amore indagandæ veritatis incenſi b, ad Ægyptios, & Magos, & Parſas c uſque penetraſſent, ut eorum gentium ritus, & ſacra cognoſcerent (ſuſpicabantur enim ſapientiam in religione ver-

a *Pythagoras, & poſtea Plato* &c. De illorum itineribus indagandæ veritatis cauſſa, ac ſapientiæ ſtudio, ſuſceptis, mira ab hiſtoricis, & ab omnium ſcriptorum genere narrantur. Aliqui Pythagoram non ſolum Judæum natione aſſerunt, verum etiam Ezechielis prophetæ diſcipulum fuiſſe dixerunt. Immo Mayerus in Diatriba Hamburgi anno MDCC. edita illud etiam in quæſtionem vocavit: *utrumne is fuerit Carmelita?* Platoni vero Jeremiam prophetam præceptorem tribuunt, & cum Hebræorum doctoribus ſæpe differentem conſtituunt. Hinc cl. Huetius *Propoſit.* IV. *Dem. Evang.* cap. II. §. VIII. *Splendide ergo*, inquit, *hallucinantur Lactantius, & Theodoretus quamirari ſe ajunt, quod Pythagoras ad Ægyptios, Magos, & Perſas veritatis indagandæ ſtudio penetraſſet, ad Judæos tamen non acceſſerit* &c. *Conceptis enim verbis tradit Porphyrius in vita Pythagoræ, Ægyptios, Arabes, Chaldæos, & Hebræos ipſum adiiſſe. ab iiſque vaticinandi per ſomnia ſcientiam accepiſſe*, Mirandum ſane, quod vir doctiſſimus ex ultimis hiſce Porphyrii verbis mendacium ſatis callidum non noverit. Id a nobis detegitur, atque deletur diſſ. XL. cap. XVI. §. I., & non leviter diſcuſſum eſt a Jo. Clerico Epiſt. VII. ac a Jo. Franceſco Buddeo *in exercit. hiſt. de Peregr. Pythagoræ.*

b *Incenſi*: Al *accenſi.*

c *Ad Ægyptios, & Magos, & Perſas.* Walchius

verſari) ad Judæos tamen non acceſſerint [d], penes quos tunc ſolos erat : & quo facilius ire potuiſſent .

---

chius heic notat , tertiam copulam idem valere ac *ſeu* . Sicuti apud Ovidium Metam. 11. p. 20. ℣. 2.

Hanc Deus , & melior litem Natura diremit .

d *Ad Judæos tamen non acceſſerint* : Contrarium plurimi aſſeruerunt ; ſed conjecturis , & falſis traditionibus nixi , ut ſuo loco viſuri ſumus .

5.

Sed averſos [a] eſſe arbitror divina providentia , ne ſcire poſſent veritatem , quia nondum fas erat alienigenis hominibus religionem Dei veri, juſtitiamque cognoſcere [b].

Sta-

---

a *Sed averſos* &c. Iſæus heic *decreto permiſſivo* Dei hoc factum eſſe , putat ; At quid ſi ulrro concedat , Deum tunc noluiſſe gentibus Myſteria ſua revelare ? Num ideo omnia eis denegaverat auxilia , quibus ſi bene uſi fuiſſent , æternam ſalutem conſequi poterant ? Vockerodto vero , qui in diſſ. *de Notitia Divin. inter Gentes pag.* 276. nullam , immo falſam eſſe , ait , hanc Lactantii rationem , ut refert Bunem., Chriſti Domini verba expendenda erant Matth. XI. ℣. 25. *Confiteor tibi Pater , Domine Cæli , & terra , quia abſcondiſti hæc a Sapientibus , & Prudentibus , & revelaſti ea parvulis , quoniam ſic fuit placitum ante Te* . Hocce enim divinum effatum fundamentum Lactantiani argumenti eſſe , potuiſſent ambo facile dignoſcere .

b *Juſtitiamque cognoſcere* : Aldus : *noteſcere* , quod placuit Bunem .

6.

Statuerat enim Deus, appropinquante ultimo tempore [a], ducem magnum [b] cælitus mittere, qui eam perfido, ingratoque populo ablatam, ceteris nationibus [c] revelaret: Qua de re in hoc libro aggrediar diſputare, ſi prius oſtendero ſapientiam cum religione ſic cohærere, ut divelli utrumque non poſſit.

a *Appropinquante ultimo tempore*: I. e. ultima mundi ætate.

b *Ducem magnum*: Nempe. *Jeſum Chriſtum*, Dei filium, de quo ſcriptum eſt; Matth. 11. ℣. 6. *Ex te enim exiet Dux, qui regat populum meum Iſrael.*

c *Cæteris nationibus*. Al. *exteris gentibus*.

CAP. III.

I.

DEorum cultus [a], ut in primo [b] libro docui, non habet ſapientiam, non modo, quia divinum animal hominem terrenis, fragilibuſque ſubſternit, ſed quia nihil ibi diſſeritur, quod proficiat ad mores excolendos, vitamque formandam, nec habet inquiſitionem aliquam veritatis, ſed tantummodo ritum colendi, qui non officio mentis, ſed miniſterio corporis conſtat.

Et

a *Deorum cultus*. Al. *Deorum igitur Cultus*.

b *Ut in primo*. Al. *ut in priore*. Nobiſcum legunt Aldus, & Schottus.

2.

Et ideo non eſt illa religio vera judicanda, quia nullum juſtitiæ, virtutiſque præceptis erudit, efficitque meliorem; itaque philoſophia, quia in illis religionem [a], id eſt, ſummam pietatem non habet, non eſt vera ſapientia.

a *Quia veram religionem*. Al. *quia in illis* &c. Aldus.

3.

Nam ſi divinitas, quæ gubernat hunc mundum, incredibili beneficentia genus hominum ſuſtentat [a], & quaſi paterna indulgentia [b] fovet, vult profecto gratiam ſibi referri, & honorem dari, nec conſtare homini ratio pietatis poteſt, ſi cæleſtibus beneficiis extiterit ingratus, quod non eſt utique ſapientis.

a *Suſtentat* Bon. *ſuſtinuit*.
b *Indulgentia*. Al. *indigentia*. Al. *diligentia*.

4.

Quoniam igitur (ut dixi) philoſophia, & religio deorum, disjuncta ſunt, longeque diſcreta (ſiquidem alii ſunt profeſſores ſapientiæ, per quos utique ad deos non aditur [a]: alii religionis antiſtites, per quos ſapere

a *Ad Deos non aditur*. Supplicaturos, vel gratias Numini acturos, *adire ad Deos*, vel *adire Deos* apud Ethnicos dici ſolitum, notant ſcoliaſtes, ac mythologi.

pere non diſcitur) apparet, nec illam eſſe veram ſapientiam, nec hanc religionem.

5.

Iccirco nec philoſophia potuit veritatem comprehendere, nec religio deorum rationem ſui, qua caret, reddere.

6.

Ubi autem ſapientia [a] cum religione, inſeparabili nexu cohæret, utrumque verum eſſe neceſſe eſt, quia & in colendo ſapere debemus, id eſt ſcire, quid nobis, & quomodo ſit colendum [b], & in ſapiendo colere, id eſt, re & actu, quod ſcierimus implere.

a *Ubi autem ſapientia* &c. *adimplere*: Hæc omnia deſunt in Sublacenſi, aliiſque nonnullis recentioribus, quod factum eſſe conjicitur ab Eruditis ex eo, quod ſtatim nova periodus incipit: *Ubi ergo ſapientia*:

b *Quia & in colendo ſapere debemus, id eſt ſcire quod nobis, & quo modo ſit colendum* Gallæus heic ait: Hæc *velim notent Papiſtæ adverſus ſuam fidem implicitam*. Hinc noſce quanta hic homo laboraverit in rebus noſtris ignorantia, quum non Eccleſiæ catholicæ ſolummodo dogma ſit, adultos omnes obligari ad explicite credenda myſteria principalia fidei; ſed Theologi, ac doctores fere omnes in hoc cōveniant; quemadmodum in eo, quod non omnes Chriſtiani eodem modo obligantur ad habendam cognitionem, & fidem ſingulorum dogmatum explicitam. Alias non daretur in Eccleſia Dei ordo ille Hierarchicus, de quo Apoſtolus loquitur 1. ad cor. c. 12. Ideoque damnata fuit ab Innocentio XI. die v. Martii an. 1629.

etiam

etiam illa quorundam Theologorum propoſitio, quæ eſt n. XXII. *Nonniſi fides unius Dei neceſſaria videtur neceſſitate medii; non autem explicita Remuneratoris.* Hac de re, ſi inſtrui cupiunt Remoſtrantes, non cujuſcumque Theologi doctrinam diſcutiant; ſed eam requirant, quæ in Catechiſmo Concilii Tridentini juſſu edito, fidelibus Chriſti proponitur, & quæ in eodem Concilio, aliiſque a Sancta Sede Apoſtolica approbatis, declaratur, & traditur. Hiſce Lactantii verbis utere ad explicationem eorum, quæ circa modum in cultu Dei ſervando dicit infra cap. XXVIII.

7.

Ubi ergo ſapientia cum religione conjungitur? Ibi ſcilicet, ubi Deus [a] colitur unus, ubi vita, & actus omnis ad unum caput, & ad unam ſummam refertur.

a *Ibi ſcilicet, ubi Deus* &c. Sic omnino legendum eſt, ut ſenſus planus habeatur; non ut Iſæus, & Thomaſius, aliique recentiores legunt, omiſſo puncto interrogationis antecedenti, ſimul & Tò *ibi* quæ ſenſum non ſolum clariorem reddunt; ſed conſtituunt. Revera tamen particula *Ibi* a noſtro, & Aldino Bon. Cod. abeſt.

8.

Denique iidem ſunt doctores ſapientiæ, qui & Dei ſacerdotes [a]. Nec tamen moveat quen-

a *Denique iidem ſunt doctores ſapientiæ, qui & Dei Sacerdotes*: Videant heic Remonſtrantes a Lactantio confirmatum, quod nos ſuperius dicebamus; immo quod Paulus docuerat I. ad Corinth. XII. ℣. 39. *Numquid omnes Doctores?* &c.

quenquam, quia ſæpe factum eſt, & fieri poteſt, ut philoſophus aliquis deorum ſuſcipiat ſacerdotium, quod quum fit, non tamen conjungitur philoſophia cum religione, ſed & philoſophia inter ſacra ceſſabit, & religio, quando philoſophia tractabitur.

9.

Illa enim religio muta eſt, non tantum, quia mutorum eſt, ſed quia ritus ejus in manu, & digitis eſt [a], & non in corde aut in lingua, ſicut noſtra quæ vera eſt [b].

---

a *In manu, & digitis eſt*. Religio Ethnicorum Philoſophorum in ſolis externis actionibus erat, ut notavimus ad L. 1. c. xx. Ideo eorum Philoſophia ceſſare dicitur inter ſacra, de quibus nihil noverant.

b *Non in corde, aut in lingua, ſicut noſtra, quæ vera eſt*. Alii carent ſecunda præpoſitione. Heic illi ex Gallæi profeſſione attendant, & videant, quod ſemper vera Chriſti Eccleſia corde, & ore ſponſum, Patremque ſuum coluit, & deprecata eſt.

10.

Iccirco & in ſapientia religio, & in religione ſapientia eſt. Ergo non poteſt ſegregari: quia ſapere nihil aliud eſt, niſi Deum verum juſtis, ac piis cultibus honorare.

11.

Multorum autem deorum cultus non eſſe ſecundum naturam, etiam hoc argumento colligi poteſt, & comprehendi. Omnem Deum,

Deum, qui ab homine colitur, neceſſe eſt inter ſolennes ritus, & precationes, patrem nuncupari, non tantum honoris cauſſa[a], verum etiam rationis, quod & antiquior eſt homine, & qnod vitam, ſalutem, victum præſtat, ut pater.

---

a *Honoris cauſſa*: Al. *gratia*.

12.

Itaque & Jupiter a precantibus pater vocatur, & Saturnus, & Janus, & Liber, & cæteri deinceps, quod Lucilius in deorum concilio irridet:

Ut nemo ſit noſtrum[a], *quin pater*[b] *optimus divum.*
Aut Neptunus[c] *pater, Liber, Saturnus pater, Mars,*
Janus, Quirinus pater nomen dicatur ad unum.

 Quod

---

a Ut nemo sit nostrum. Bon. *ſi & &c.* Hæc carmina variantur in fere omnibus Mss., & editis; nos autem lectionem ſecuti ſumus, quam plures exhibent, & meliores.

b Quin Pater: Bon. *Quia aut Pater.* Reclamante Proſodiæ ratione.

c Aut Neptunus: Al. *ut Neptunus*: Ubi Bon. numquam in ſequentibus vocem *Pater* repetit, & in tertio verſu pro Tò *nomen* legit *ſi & hac*. In aliis omnibus diverſimode hæc carmina leguntur. Hinc cum Franciſco Jani F. Douſa Lib. Fragm. III. legerem:

Ut

Ut nemo ſit noſtrum, quin pater optime Divum,
Ut Neptunũ pater, Liber, Saturnũ pater, Mars,
Janũ, Quirinũ pater, nomen dicatur ad unum.
Seu : . . . . *Omnes dicantur* : aut *dicamus* .

13.

Quod ſi natura non patitur, ut ſint unius hominis multi patres [a] (ex uno enim procreatur) ergo & deos multos [b] colere, contra naturam eſt, contraque pietatem.

a *Multi patres*. Al. *plures patres*.
b *Ergo, & Deos multos*: Al. *ergo Deos etiam multos*.

14.

Unus igitur colendus eſt, qui poteſt vere [a] pater nominari. Idem etiam dominus ſit, neceſſe eſt; quia ſicut poteſt indulgere, ita etiam coercere.

a *Qui poteſt vere*. Al. *verus*.

15.

Pater ideo appellandus eſt, quia nobis multa, & magna largitur: dominus ideo, quia caſtigandi, ac puniendi habet maximam poteſtatem. Dominum vero eundem eſſe, qui ſit pater, etiam juris civilis ratio demonſtrat [a].

a *Juris Civilis ratio demonſtrat*. Maximam olim fuiſſe Patriam in filios poteſtatem omnes fatentur ſcriptores. Si ſexto Empirico fides adhibenda eſt: *Solon Athe-*

Athenienſibus legem DE INJUDICATIS *ſtatuit, per quam unicuique ſuum filium interficere permiſit*. Pyrrhon. L. III. cap. XXIV. ſeg. 211, Addente Meurſio *in Them. Attic.* L. I. cap. II. Id non modo patri; ſed matri quoque licitum fuiſſe. Utrumque tamen diſerte negat Dionyſ. Halicarn. L. II. *Antiq. Rom.* p. 96. ubi è Solonis, Pittaci, & Charondæ legibus narrat, non ſolum tempus admodum breve præſcriptum fuiſſe Græcis, quo liberi parentibus ſubditi eſſent, verum etiam pænas in filios, quantumvis contumaces, admodum leves, aut ſaltem haud graves ſtatutas eſſe. Subdens quæ heic a noſtro pro ratione adducuntur: *Quæ non ſufficiunt ad compeſcendam juventutis vaſaniam, moreſque pervicaces: neque contemptores boneſtatis levi brachio poſſunt ad modeſtiam redigi; quapropter apud Græcos ſæpe indecora multa in parentes committunt liberi, Romanorum autem legislator omnem (ut breviter dicam) poteſtatem patri dedit in filium; idque toto vitæ tempore* &c. Conf. Meurſ. *in Solone* XXII. pag. 79. Papinianus apud authorem *Collat. LL. Moſaic. & Rom.* Tit. IV, 8. ejus poteſtatis originem moribus receptam aſſerit: revera tamen a Romulo deſcendiſſe dicitur lex illa, quæ poſtmodum in XII. tabulas migravit: ubi ſic expreſſa eſt: *Endo liberis juſtis jus vitæ, necis, venundandique poteſtates ei eſto. Si pater filium ter venunduit, filius a patre liber eſto*. Ulpian. in Frag. x. Jacob. Gothofr. *in* IV. *Fontib. Jur. Civil. de LL.* XII. *Tabul.* Adde Juſt. *in Inſtit. I. C. §.* 11. *de Patria poteſt*: Caj. *Inſt.* 1. L. 1. §. 11. ff. *de rei Vend.*

16.

Quiś enim poterit [a] filios educare, niſi ha-

B 2

a Quis enim poterit &c. Bon. *poſſit*.

habeat in eos domini poteſtatem [b]? Nec immerito paterfamilias [c] dicitur, licet tantum filios habeat: videlicet nomen patris comple-

b *Domini poteſtatem*. Al. *Dominii*. In idem recidit. Filii enim, ac ſervi inter Romanos æqua erat conditio. Immo durior in quibuſdam liberorum, quam ſervorum, ut teſtatur Liban: *Decl.* XXXVII., innuitque Senec. *Contr.* III. num. IX. & XVIII. Et Pater quidam cædis adulterorum reus ſic coram Judicibus loquens ab eodem Libanio inducitur Declam. XXXV. *Super his plane ſciebam me patrem eſſe facinoroſorum; ac leges omnes patri animadverſionem in liberos liberam concedere. Non enim unquam legislator patris animum timuit, ne quid liberi paterentur diri ex patriæ poteſtatis jure, niſi prius illi gladium in ſe ipſos propemodum impulerint*. Quæ heic a me recitata ſunt, ut eos refellerem, qui Lactantii temporibus hujuſmodi jus ſublatum fuiſſe dixerunt ex legibus quibuſdam adverſus Parricidas; Nam Libanius poſt Lactantium ſub Juliano floruit; & ſi quæ lex adverſus Parricidas lata eſt, ut ſub Hadriano factum eſſe conſtat ex *L.* V. *de Lucio Pompejo de Parric.*, illa malum patriæ poteſtatis uſum, non ipſum jus vitæ, & necis ademit. Idem lege pœnali vetitum a Conſtantino Magno poſtquam hæc fuerant e Lactantio conſcripta, diximus ad L. III. cap. XIV. ſeg. 9. Nec ante Valentiniani imperium hujuſmodi jus imminutum eſſe apparet *ex L.un. de Emend. Propinq.* ubi Imperator propinquis ſenioribus corrigendi minores jus relinquit; ſed ſi facti atrocitas expoſcit, *placet*, inquit, *enormis delicti reos dedi judicum notioni*.

c *Pater familias*. Ille dicitur, qui imperium habet in Familiam, ſive hæc ſit filiorum, atque ſervo-

plectitur etiam ſervos, quia familias ſequitur [d]: & nomen familiæ complectitur etiam filios; quia pater antecedit, unde apparet, eundem ipſum & patrem eſſe ſervorum [e], & dominum filiorum.

vorum, ſive alterutrorum dumtaxat. Hinc Paterfamilias dicitur: *Judex domeſticus* apud Senec. *Contr. II.* 3. *Domeſticus Magiſtratus* apud eundem L. III. *de Benef.* CENSOR FILII apud Sveton. *in Claudio*. Et Patriam poteſtatem, *majeſtatem patriam* appellant Valer. Maxim. L. VII. c. VII. Ex. V. & Quint. Decl. CCCLXXV.

d *Quia familias ſequitur*: I. E. poſt patris nomen additur *familias*, quod verbum in ſecundo caſu antiqui accipiebant. Ideoque perperam legunt Al. qui habent *familia*, ſeu *familiam*. Ex incuria amanuenſis librarii mutilus heic eſt noſter Bon. Cod. nam poſt primum *complectitur*, aliis omiſſis ſtatim addit: *etiam filius* pro *filios*, uti poſt ſecundum ſcriptum eſt.

e *Eundem ipſum & patrem eſſe ſervorum*. Schottus *eundem eſſe Patrem ſervorum* &c. Servus manumiſſus cenſebatur, ſi Dominus filium eum appellaſſet; quamquam id non ſufficeret ad adoptionem. V. Hoc Tit. Inſt. §. XII.

17.

Denique & filius manumittitur tanquam ſervus [a], & ſervus liberatus [b] patroni nomen acci-

a *Et filius manumittitur, tamquam ſervus, & ſervus liberatus*. Bon. *emittitur* &c. Manumitti proprie ſervorum eſt, liberorum vero emancipari, ex Tit. v. Inſt. Juſt. attamen unum pro alio uſurpari aliquando conſuevit, ut ibidem §. *præterea*, ubi *manu-*

accipit, tanquam filius, quod ſi propterea paterfamilias nominatur, ut appareat eum duplici poteſtate præditum, quia & indulgere debet, quia pater eſt, & coercere, quia dominus: ergo idem ſervus eſt, qui & filius: idem dominus, qui & pater c.

Si-

---

manumittere uſurpatur pro actione, qua filius a patria poteſtate liber evadit. Vide L. II. ff. *de Of. Proc.*: & L.CVII. *de verb.obl.*Tit. SI A PARENTE QUIS MANUMISS. FUERIT. Et ſane notandum quod non ſolum ante Juſtinianum, verum etiam poſt ipſum filii emancipandi vere, & proprie manu mittebantur. Nam teſte Hermenopulo hac emancipatio fiebat formula: *Hunc ſui juris eſſe patior, meaque manu mitto. Prompt.* I. XVII. 8. Ritus autem antiquæ emancipationis videndi ſunt in Inſt. Caji I. *6. 3.* præſertim cum notis varior. additis comm. Brummeri *de Lege Cincia*.

b *Et ſervus liberatus*: Servi, qui a Dominis libertate donabantur, prænomina, & nomina eorum aſſumere conſueverunt apud Romanos: pileati, & capite raſo incedebant: Veſte alba, & annulo aureo a patronis donabantur: ideoque Tertul. in lib. *de Reſurr* Cap. LVII. ait: *Oro te, ſi famulum tuum libertate mutaveris, quia eadem caro, atque anima permanebunt, quæ flagellis, & compedibus, & ſtigmatibus obnoctiæ retro fuerant, idcirco ne ille eadem pati oportebit? Non opinor. Atqui & veſtis albæ nitore, & annuli aurei honore, & Patroni nomine, ac Tribu, menſaque honoratur.*

c *Ergo idem ſervus eſt, qui & filius: idem Dominus, qui & pater*: Hæc deſunt in noſtro Bon. Cod. quamvis in aliis omnibus leguntur.

18.

Sicut igitur naturæ neceſſitate non poteſt eſſe niſi unus pater, ita nec dominus niſi unus, quid enim faciat ſervus, ſi multi domini diverſa imperaverint?

19.

Ergo contra rationem, contraque naturam ſunt religiones multorum deorum; ſiquidem nec patres multi poſſunt eſſe, nec domini: deos autem, & patres, & dominos nuncupari neceſſe eſt.

20.

Teneri ergo veritas non poteſt, ubi homo idem multis patribus, dominiſque ſubjectus eſt, ubi animus in multa diſperſus, huc, atque illuc divulgatur [a].

a *Huc, atque illuc divulgatur*. Al. *divagatur*.

21.

Nec habere ullam firmitatem religio poteſt, quando certo, & ſtabili domicilio caret.

22.

Cultus igitur deorum [a] veri eſſe non poſſunt: eodem modo, quo matrimonium dici non poteſt, ubi mulier multos viros habet [b],

 ſed

a *Cultus igitur Deorum* &c. Bon. *Cultus igitur Deorum matrimonium dici non poteſt* &c. omiſſis omnibus: quæ interjacent.

b *Multos viros habet*. Vide L.III. c.XXI. & XXII.

ſed hæc aut meretrix, aut adultera nominabitur: a qua enim pudor, caſtitas, fides abeſt, virtute careat neceſſe eſt.

23.

Sic & religio deorum impudica eſt, & incerta, quia fide caret, quia honos [a] inſtabilis, & incertus, caput atque originem non habet.

a *Quia honos*. Bon. *quia bonus*.

CAP. IV.

1.

Quibus rebus apparet, quam inter ſe conjuncta ſint ſapientia, & religio: ſapientia ſpectat [a] ad filios, quæ exigit amorem; religio ad ſervos, quæ exigit timorem. Nam ſicut illi patrem diligere debent, & honorare: ſic hi dominum colere, ac vereri.

a *Sapientia ſpectat* &c. Bon. *Expectat*, quæ permutatio verborum in noſtro Cod. ſolita eſt.

2.

Deus autem, qui unus eſt, quoniam utramque perſonam ſuſtinet, & patris, & domini, & amare eum debemus, quia filii ſumus: & timere, quia ſervi [a]. Non poteſt igi-

a *Et amare eum debemus, quia filii ſumus, & timere quia ſervi*. Ne nobis dicatur a Domino Deo noſtro, quod per Malachiam Proph. dicit cap. 1. ℣. 6. *Si ergo Pater ego ſum, ubi eſt honor meus? Et ſi Dominus ego ſum, ubi eſt timor meus?*

igitur nec religio a ſapientia ſeparari, nec ſapientia a religione ſecerni: quia idem Deus eſt, qui & intelligi debet, quod eſt ſapientiæ: & honorari, quod eſt religionis.

3.

Sed ſapientia præcedit, religio ſequitur, quia prius eſt, Deum ſcire: conſequens, colere. Ita in duobus nominibus una vis eſt, quamvis diverſa eſſe videantur [a]. Alterum enim poſitum eſt in ſenſu, alterum in actu [b]. Sed tamen ſimilia ſunt duobus rivis ex uno fonte manantibus.

a *Quamvis diverſa eſſe videantur*. Al. *videatur*. Aldus poſtrema duo verba delevit.

b *In ſenſu, alterum in actu*. Bon. *in ſenſum*. Al. *in ſenſu*, id eſt in internis, *in actu*, id eſt externis actibus amoris, ac reverentiæ.

4.

Fons autem ſapientiæ, & religionis Deus eſt: a quo hi duo rivi ſi aberraverint, areſcant neceſſe eſt: quem qui neſciunt, nec ſapientes eſſe poſſunt, nec religioſi.

5.

Sic fit, ut & philoſophi [a], & qui deos colunt, ſimiles ſint aut filiis abdicatis [b], aut ſervis

a *Ut & Philoſophi*. Al. copulam omittunt.

b *Aut filiis abdicatis, aut ſervis fugitivis*. Mo Græcorum erat, ut liberi, qui voluntati paternæ s aut

vis fugitivis c: quia neque illi patrem quærunt, neque hi dominum, & ſicut abdicati hæreditatem patris d non aſſequuntur, & fugitivi impunitatem e: ita neque im-

aut honeſtis moribus tenaciter repugnarent, a parentibus abdicarentur, probata apud judices cauſſa: his alimenta poterant denegari, & hæreditas ex Ariſt. VIII. Eth. Quid autem a Romanis circa illos ſancitum ſit, vide apud Alciatum L. II. diſpunct. c. XXVIII. & in Cod. Juſtin. L. VIII. Tit. de Patr. Poteſt. Haud enim Romanæ leges abdicationem filiorum probarunt ab initio; verum etiam ſub Maximiano reprobarunt, ut apparet L. VI C. *de Patria poteſt*; Confer Hottom. *Partit Juriſ.* x. 10.

c *Aut ſervis fugitivis*. Is ſervus fugitivus dicebatur, qui animo non redeundi extra Domini ſui mœnia ſe proripuerat L. XVII. §. 1. ff. *de Ædil. Edict. Errones* vero appellabantur, qui ſerius ad ſua redibant officia poſtquam propria explèverant deſideria. Pœnæ in illos ſtatutæ recenſentur plurimæ; inter quas prima illa videtur fuiſſe, qua illis ſtigmata inurebantur. Additum deinde fuit collare ferreum litteratum, cujus imaginem exhibet Spon. *Miſcell. Erud. Antiq.* pag. 300. Vide L. XVII. *C. de Pœn.* Si autem ad Barbaros ſe contuliſſet, pede, manuve truncati; ad metallum damnabantur. L. III. C. *de fugitivis*. His adde Pignorium *de ſervis*.

d *Hæreditatem patris*: quamquam hoc verum eſt, non tamen Exhæres abdicatus dicebatur; nam abdicatio ab exhæredatione differt, ut bene notant Doctores ad *Pr. Inſtit. Civil. de Exhær.* Lib., & ad L. XXX. ff. de *Lib*, , *& Poſth.*

e *Impunitatem*. Subintellige: *non aſſequuntur*; ne

immortalitatem accipient *f*, quæ eſt regni cæleſtis hæreditas, id eſt ſummum bonum, quod illi maxime quærunt: neque cultores deorum, pœnam ſempiternæ mortis effugient, quæ eſt animadverſio veri domini adverſos fugitivos ſuæ majeſtatis, ac nominis.

---

ne cogaris cum Cellario legere: *aut fugitivi*: vel cum Heumanno: *nec fugitivi*; Nulla enim heic Mss. aut vulgatorum varietas apparet. Fuga numquam a ſervitute liberabantur ſervi, quum jus eſſet Dominis eos ſibi ubique vindicare. Sub titulo *de fugitivis* plurimæ extant leges, quibus cautum eſt, ut hi diligentiſſime quærerentur: impunitate non iis promiſſa, ſi ſponte redirent; ſed illis, qui Magiſtratibus eos, ſi forte dolo malo abduxerant, exhibuiſſent. L. 1. §. 1. ff. eodem titulo.

f *Accipient, quæ eſt* &c. Bon. *accipient*, *nec quæ eſt* &c. Al. *accipiant*. Aldus noſtram lectionem ſecutus eſt.

6.

Deum vero eſſe parentem [a], eundemque dominum, utrique ignoraverunt, tam cultores deorum, quam ipſi ſapientiæ profeſſores: quia aut nihil omnino colendum putaverunt, aut religiones falſas approbaverunt: aut etiam ſi vim, poteſtatemque ſummi Dei intellexerunt, ut Plato, qui ait *unum eſſe fabricatorem mundi Deum*, & M. Tullius, qui fatetur hominem *præclara quadam condi-*

---

a *Deum vero eſſe parentem*. Al. *Patrem*.

ditione a ſupremo Deo b *eſſe generatum* ; tamen ei debitum cultum, tanquam ſummo patri, non reddiderunt : quod erat conſequens, ac neceſſarium .

b Supremo Deo : Al. *a ſummo*.

7.

Deos autem neque patres, neque dominos eſſe poſſe, non tantum multitudo (ut ſupra oſtendi) a ſed etiam ratio declarat : quia neque fictum eſſe a Diis hominem , traditur, neque deos ipſos antecedere originem hominis , invenitur.

a *Ut ſupra oſtendi* : Scilicet c. antecedenti ſeg. 18.

8.

Siquidem fuiſſe in terra homines , antequam Vulcanus a, & Liber, & Apollo, & ipſe Jupiter , naſcerentur , apparet . Sed neque Saturno fictio hominis , neque Cælo patri ejus aſſignari ſolet .

a *Antequam Vulcanus* : Vide L.1. cap.xxII. ſeg.5. ubi a ſe ſcribente ad Saturnum vix annos mille ſuper octingentos expletos eſſe demonſtrat .

9.

Quod ſi nullus eorum , qui coluntur , formaſſe a principio , atque inſtituiſſe hominem traditur : nullus igitur ex his pater hominis a nun-

a *Pater hominis* : Vide *de Opif. Dei* cap. 1. & L. II. cap. x.

nuncupari poteſt, ita ne Deus quidem. Ergo fas non eſt, venerari eos, a quibus non ſit homo generatus, quia neque a multis generari poteſt.

10.

Unus igitur, ac ſolus coli debet, qui Jovem, qui Saturnum, qui Cælum ipſum, terramque anteceſſit. Is enim neceſſe eſt hominem figuraverit, qui ante hominem, cælum, terramque perfecit.

11.

Solus pater vocandus eſt, qui creavit[a] mundum; ſolus dominus nuncupandus, qui regit, qui habet vitæ, ac necis veram, & perpetuam poteſtatem, quem qui non adorat, & inſipiens ſervus eſt, qui dominum ſuum aut fugiat, aut neſciat, & impius filius, qui ſuum verum patrem vel oderit, vel ignoret.

a *Qui creavit mundum*: Scilicet ex nihilo, quod Dei ſolius opus eſſe poteſt.

C A P. V.

1.

NUnc, quoniam [a] docui ſapientiam & religionem non poſſe diduci [b], ſupereſt, ut de ipſa religione, ac ſapientia diſſeramus. Sen-

a *Nunc quoniam*: Bon. *Num quoniam*.

b *Non poſſe diduci* &c. Bunem. multis hanc lectionem illuſtrat. Al. *deduci*. Al. *ſeduci*. Al. *reduci*. Bon. *divelli*.

2.

Sentio quidem, quam ſit difficilis de rebus cæleſtibus diſputatio: ſed tamen audendum eſt, ut illuſtrata veritas pateat, multique ab errore, atque interitu liberentur, qui eam ſub velamine ſtultitiæ [a] latentem aſpernantur, ac reſpuunt.

a *Sub velamine ſtultitiæ*: Sic cum Bunem. legendum puto, ubi Bon., & alii quidam habent *Juſtitiæ*; nam ſenſus ita poſtulat, ſicuti Mss. & vulgata exemplaria retinent cum Schotto, & Aldo.

3.

Sed priusquam incipiam de Deo, & operibus ejus dicere, mihi pauca de prophetis ante dicenda ſunt [a], quorum teſtimoniis nunc uti neceſſe eſt, quod in prioribus libris ne facerem, temperavi [b].

a *Dicenda ſunt*. In noſtro Bon. Cod. verbum ultimum non apparet.

b *Ne facerem temperavi*: Caret particula *ne* Bon. Cod. habet tamen *facerem*, non *facere* ut Bun. & Iſæus legunt; eorum verumtamen lectio Codicis Longobardici eſt, teſte Aldo.

4.

Ante omnia, qui veritatem ſtudet cognoſcere [a], non modo intelligendis prophetarum vocibus animum debet intendere, ſed etiam tempora, per quæ quiſque illorum fue-

a *Cognoſcere*. Al. *comprehendere*.

fuerit, diligentiſſime inquirere, ut ſciat & quæ futura prædixerint, & poſt quot annos prædicta completa ſunt.

§. 5. §.

Nec difficultas [a] in his colligendis ineſt ulla [b], teſtati ſunt enim, ſub quo quiſque rege divini ſpiritus [c] fuerit paſſus inſtinctum.

a *Nec difficultas*: Mirum ſane eſt, tunc adeo expeditum judicatum eſſe, quod nunc tantis iuvolvitur ambagibus.

b *Ineſt ulla*: Al. *ineſt una*.

c *Divini ſpiritus* &c. Nota heic manifeſtum de Spiritu Sancto teſtimonium; quamquam illum a Lactantio aliquando denegatum dicat fuiſſe S. Hieronymus. Vide diſſ. XXIX. Cap. V. §. VI,

§. 6. §.

Multique ſcripros libros [a] de temporibus ediderunt, initium facientes a propheta Moyſe, qui Trojanum bellum nongentis fere annis [b] anteceſſit. Is autem quum per an-

a *Multipue ſcriptos libros* &c. Al. *multique ſcriptores libros* &c. Vide L. I. cap. XXIII. ſeg. 2., ubi Theophilum, & Thallum laudavit.

b *Qui bellum Trojanum nongentis fere annis* &c. Bon. *Nungentis*. Al. *ſeptingentis* Schottus annotat: *Euſebius caſtigans ait*: 328. Theoph. L. III. cap. XXI. *ad Autbol.*, & Joſeph Hebr. L. I. *contra Apion.* ex Manethone. Porphyr. apud Euſeb. L. X. cap. IX. de *Præp. Evangel.* Tertull. cap. XIX. Apolog., Idemque Eu-

annos quadraginta populum rexiſſet, ſucceſſorem habuit Jeſum [c], qui ſeptem, & viginti annis [d], tenuit principatum.

Euſeb. in Chron., teſte Cellario, cum Noſtro facere videntur. Tamen in editione Chron. Euſeb. ann. MDCVI. qua utor, a Moyſi nativitate ad uſque captam Trojam annos ccccx. numerantur. Verum tamen eſt Schaligerum ibidem de lectione dubitaſſe. Vide diſſ. xxii. cap. II. §. iii.

c *Succeſſorem habuit Jeſum*. Al. *Joſuem*. Al. *Joſuam*, *Joſua*, ſeu *Jheſum*. Infra cap. xiv. & xvii. hoc eodem nomine virum illum noſter appellat, qui inter Hebræos Duces Dominum noſtrum JESUM CHRISTUM in eo vel maxime adumbravit, quod populum in terram promiſſam introduxit.

d *Qui ſeptem, & viginti annis*: Vide diſſ. xxii. cap. II. §. iv.

7.

Exinde ſub judicibus fuerunt per annos trecentos ſeptuaginta [a], tum mutato ſtatu reges habere cœperunt, quibus imperium tenentibus per annos quadringentos quinquaginta [b] uſque ad Sedeciæ regnum [c] oppugnati a rege Babylonio [d], captique Judæi diuturnum ſervi-

a *Exinde ſub Judicibus fuerunt, per annos trecentos ſeptuaginta*. Al. CCCLXXX. Vide diſſ. ſupra indicatum Cap. II. §. iv.

b *Per annos quadringentos quinquaginta* Al. ccclx. Aldus ccccl. Al. ccccxl. Vide diſſ. xxii. l. c.

c *Uſque ad Sedeciæ Regnum*: Vide ubi ſupra §. vi.

d *A Rege Babylonio*: Is fuit Nabuchodonoſor, cu-

vitium pertulerunt; donec ſeptuageſimo poſt anno [e] eos Cyrus major [f] terris, ac ſedibus ſuis redderet, qui per idem tempus in Perſas ſuſcepit imperium, quo Romæ Tarquinius Superbus [g].

cujus hiſtoriam narrat Daniel cap. 1. ℣. 4. ſeq. Jerem. xxv. a ℣. 1. & IV. Reg cap. xxiv. ℣. 1.

e *Donec ſeptuageſimo poſt anno*. Al. *LXX. poſt annos*. Al. *annis*.

f *Eos Cyrus major:* Bon. ſtatim addit: *Captivos Judæos*. Aldus etiam id facit, ſed prima voce (*eos*) deleta. Si immediate antecedentia conferas, quin gloſſema ſit, minime dubitaveris. De Cyro plurima diſſ xxii. cap. II. diximus.

g *Quo Romæ Tarquinius Superbus:* Aliquot annorum intervallum inter utriuſque imperandi initium interceſſiſſe, in diſſ. indicata obſervavimus.

8.

Quare quum omnis temporum ſeries, & ex Judaicis, & ex Græcis, Romaniſque hiſtoriis colligatur, etiam ſingulorum prophetarum tempora colligi poſſint, quorum ſane ultimus Zacharias fuit [a], quem conſtat ſub Da-

 rio

a *Zacharias fuit*. Putant plurimi hunc eſſe Zachariam filium Barachiæ, Alii Jojadæ, quidam patrem S. Jo. Baptiſtæ Præcurſoris; nec deſunt qui nihil obſtare aſſerunt, quin idem Jojada vocaretur Barachias, ac proinde eundem eſſe filium utriuſque. Nos infra cap. xiv. ſeg. 11. iterum cum noſtro de eodem loquemur.

rio rege *b*, ſecundo anno regni ejus, octavo menſe cecinifſe. Adeo antiquiores etiam Græcis ſcriptoribus [c] prophetæ reperiuntur.

b *Sub Dario Rege* &c. Idem Zacharias de ſe teſtatur cap. 1. ℣. 1. *In menſe octavo, in anno ſecundo Darii regis, factum eſt verbum Domini ad Zachariam, filium Barachiæ, filii Addo, Prophetam* &c. Quis autem fuerit iſte Darius infra Cap. XIV. dicemus.

c *Antiquiores etiam Græcis ſcriptoribus* &c. Quotquot a primis Eccleſiæ ſæculis cauſſam noſtram adverſus Gentes propugnarunt, hoc ineluctabili uſi ſunt argumento, cui eorum nullus quid reponeret, hactenus habuit. Eo tamen Athei, ac Naturaliſtæ confugerunt, ut cum Epicuro nihil tam irrideant quam prædictiones futurorum. Hinc cum Spinoza ad meras fanaticorum hominum imaginationes effata illorum revocarunt; vel cum Hobbeſio libros Scripturæ ſacræ ab authoribus, quibus tribuuntur, ſcriptos eſſe temere pernegant. Adverſus quos egimus diſſ. XXIX. cap. I. §. I.

9.

Quæ omnia eo refero [a], ut errorem ſuum ſentiant, qui ſcripturam ſanctam [b] coarguere nituntur, tanquam novam, & recens fictam [c], ignorantes ex quo fonte ſanctæ religionis origo manaverit.

a *Quæ omnia, eo refero*. Al. *eo profero*: ubi nota, *eo* pro ideo uſurpatum eleganter eſſe.

b *Scripturam Sanctam*: Al. *ſacram*.

c *Et recens fictam*: Al. *recenſet*. Lactantii temporibus magnum erat Porphyrii nomen, ut ex his, quæ hinc inde in Patrum Sanctorum operibus leguntur,

tur, colligere licet; & a nobis indicatum eſt ex Holſtenio ad L. III. cap. II. §. 6. Eum unum, ac inter omnes operoſius, traditum eſt, nihil magis curaſſe, quam ſcripturæ ſacræ authoritatem ſubvertere. Iccirco Ariani, qui poſt ejus mortem verbi divinitatem negabant Patri conſubſtantialem, ſub Conſtantino M. meruerunt publico edicto Porphirianos appellari, ut cujus imitati erant mores, (cum eo ſolo diſcrimine quod Arius verbum ipſum ſubſtantiale, Porphyrius verbum ſcriptum negabat) uno, eodemque tuuc infami vocabulo inſigniti noſcerentur. Vide Socrat. Hiſt. Eccl. L. 1. cap. IX., nos diſſ. XI. cap. XXI. §. 1., ubi de eo hujus loci occaſione, ac ex L. V. cap. II. ſeq. plura dicturi ſumus.

10.

Quod ſi quis collectis, perſpectiſque temporibus fundamentum doctrinæ ſalubriter jecerit [a], & veritatem penitus comprehendet, & errorem cognita veritate deponet.

---

a *Salubriter jecerit*. Al. *receperit*. Olet phraſim, de qua ad Cap. II. L. *de Mortibus perſecutorum* ſeg. 4. *fundamenta miſerunt*. Reciprocantur enim *mittere*, & *recipere*.

CAP. VI.

1.

DEus igitur machinator, conſtitutorque [a] rerum, ſicuti in ſecundo libro * di-

---

a *Machinator*, *inſtitutorque*: Sic omnes præter Bon., qui horum verborum ordinem invertit.

* Cap. VIII. Al. VII. Seg. 3.

diximus, ante quam præclarum hoc opus mundi adoriretur, ſanctum, & incorruptibilem ſpiritum genuit, quem filium nuncuparet [b].

b *Sanctum, & incorruptibilem ſpiritum genuit, quem filium nuncuparet*. Al. *ſanctum, & incorruptibilem, & incomprehenſibilem*. Vide L. II. cap. VIII. ſeg. 3. & Epitom. Cap. XLII. ſeg. 1.

2.

Et quamvis alios poſtea per ipſum [a] innumerabiles creaviſſet [b], quos angelos dicimus, hunc tamen ſolum primogenitum [c] divini

a *Et quamvis alios poſtea per ipſum innumerabiles creaviſſet* &c. Al. *poſtea innumerabiles per ipſum*. Al. apud Gallæum: *per ſe ipſum*. Paulus Aldi filius Tò *per ipſum* omiſit, ſed Aldus Pauli F. Aldi N. ad oram editionis paternæ ſua manu repoſuit. Noſter vero ad illud S. Evangelii reſpexiſſe videtur Jo. 1. ℣. 3. *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt*. Non tamqnam *per organum*, ſeu *inſtrumentum*, ut Philo in L. *de Cherubim* ſomniabat; ſed tamquam per ſapientiam ſuam, quæ in Divinis filii notio eſt: ut paucis oſtenderet, Verbum Divinum una cum patre rerum omnium opifex fuiſſe, ut loco citato Epitomes clariſſime habetur.

b *Innumerabiles* I. e. plurimos non facile numerandos, quo ſenſu ſæpe Tullius, in Verr. *innumerabilem pecuniam* &c.

c *Hunc tamen ſolum primogenitum* &c. Ipſa de ſe Sapientia teſtatur Eccl. XXIV. ℣. 5. *Ego ex ore Altiſſimi prodivi, Primogenita ante omnem creaturam* &c.

vini nominis appellatione[d] dignatus eſt, patria ſcilicet virtute, ac majeſtate pollentem[e].

d *Divini nominis appellatione* &c. Iſæus hejc Lectorem monet hiſce verbis: *Non; ſed ſuapte natura obtinet illud, ut ipſemet fatetur Lactantius infra cap.* XXIX., *& alibi ſæpe* Exſcribunt hæc, paucis immutatisGallæus,& Langletius;ſed neceſſarium non erat hocce monitum; nam Lactantii verba de teſtimonio, quo Deus palam fecit hominibus Chriſti Domini divinitatem intelligenda ſunt, reſpectu habito ad illud Paulli effatum *ad Hebr. cap.* I. ℣. 5. *Cui enim dixit aliquando Angelorum: filius meus es tu, Ego hodie genui Te*. Adde Pſal. II. ℣. 7., & Act. XIII. ℣. 33. Luc. III. ℣. 22.

e *Patria ſcilicet virtute, ac majeſtate pollentem*. Quid clarius dici heic poterat, ut monendi lectores non eſſent? Niſi fortaſſe, hinc deſumi vellent argumentum ad refellendos eos, qui Lactantium circa Verbi divini originem, & cum patre conſuſtantialem naturam, erraſſe, temere contendunt.

3.

Eſſe autem ſummi Dei filium, qui ſit poteſtate maxima[a] præditus, non tantum congruentes in unum voces Prophetarum, ſed etiam Triſmegiſti prædicatio, & Sibyllarum vaticinia demonſtrant.

a *Qui ſit poteſtate maxima præditus*: Animum heic, lector, adverte, ut intelligas, Hermetis, ac Sibyllarum teſtimonia; quæ mox afferuntur, dumtaxat recitari ad poteſtatem Divini Verbi oſteudendam; non autem ad aſtruendos errores circa ejuſdem eſſentiam in illis involutos, ut præmiſſa iſthæc verba demonſtrant.

4.

Hermes in eo libro, qui *ὁ λόγος τέλειος* inſcribitur, his uſus eſt verbis: *ὁ κύριος* [a] *καὶ τῶν πάντων ποιητὴς, ὃν Θεὸν καλεῖν νενομίκαμεν ἐπεὶ τὸ δεύτερον ἐποίησε θεὸν ὁρατὸν καὶ αἰσθητόν. αἰσθητὸν δέ φημι, οὐ διὰ τὸ αἰσθέσθαι αὐτὸν περὶ γάρ τούτου οὐκ ἔςι πότερον αὐτὸς αἴσθοιτο, ἀλλ᾽ ὅτι εἰς αἴσθησιν ὑποπέμπει καὶ εἰς νοῦν, ἐπεὶ οὖν τοῦτον ἐποίησε πρῶτον, καὶ μόνον καὶ ἕνα. καλὸς δὲ αὐτῷ ἐφάνη καὶ πληρέςατος πάντων τῶν ἀγαθῶν, ἡγίασέ τε καὶ πάνυ ἐφίλησεν ὡς ἴδιον τόκον.*

a *ὁ Κύριος* &c. Hoc verbo caret noſter Codex, & Græca elementa fere ſunt obliterata, & membrana ipſa detrita. Lactantius idem eorum interpres, quæ heic Græce, Latine dat cap. XLII. Epit. ſeg. 5.

5.

Sibylla Erythræa [a] in carminis ſui principio, quod a ſummo Deo exorſa eſt, filium Dei, ducem, & imperatorem omnium his verſibus prædicat:

**Παντατρόφον κτίςην ὅςις γλυκὺ πνεῦμα ἅπασι
Κάτθετο, χ᾽ ἡγήτορα θεῶν πάντων ἐποίησε.**

Et

a *Sibylla Erythræa* &c. Hujus Sybillæ teſtimonium, heic a Lactantio laudatum, recitatur etiam a Theophilo L. II. ad Autholicum cap. XXXIV. & quamquam teſte Iſæo non legantur verſiculi iſti in Codd. Sibyllinis, habentur tamen in illorum editione a Gallæo facta pag 12. ubi ſic latine ſunt redditi.

Conditor, omnia qui nutrit, cujuſque ſuavem
Indidit afflatum, mortales qui regat omnes.

Et rurſus in fine ejuſdem carminis [b].

Α'υτὸν ἔδωκε θεὸς πιϛοῖς ἀνδράσσι γεραίρειν.

Et alia Sibylla [c] præcipit hunc oportere cognoſci :

Α'υτὸν σοῦ γίνωσκε θεὸν, θεῦ 'γὸν ἐόντα.

---

b *Et rurſus in fine ajuſdem carminis*: Obſervandum heic occurrit, verſiculum hunc in vulgatis Sibyllarum carmininum libris, ſeu ſermone tertio reperiri, ubi ſic legitur pag. 476. num. 181.

c *Et alia Sibylla* &c. Ibidem pag. 745. num. 113. Sem. VIII.

6.

Videlicet & ipſe eſt Dei filius, qui per Solomonem ſapientiſſimum regem divino ſpiritu plenum locutus eſt, ea quæ ſubjecimus: *Dominus* [a] *condidit me initium* [b] *viarum ſuarum, in opera ſua ante ſæculum* [c]. *Fundavit me in principio, antequam rerram faceret, & antequam abyſſos conſtitueret* [d], *prius quam produceret* [e] *fontes aquarum, ante omnes colles genuit me dominus; fecit re-*

---

a *Dominus*. Al. *Deus*.

b *Condidit me initium* &c. Al. *initio* Al. *poſſedit me in* &c. Noſtra lectio eſt in LXX. Inter. verſione, apud Tertull. *adverſ. Hermog.* cap. XVIII. Cyprian. *adverſ. Judæos* L. II. cap. I. &c.

c *Ante ſæculum*. Al. *ante ſæcula*.

d *Conſtitueret*. Al. *inſtitueret*.

e *Produceret*. Al. *prodirent*.

regiones, & terras inhabitabiles ſub cælo f.

f *Et terras inhabitabiles ſub cælo.* Aldus, & alii, *& fines inhabitabiles.*

7.

Quum pararet cælum, aderam illi, & quum ſecerneret ſuam ſedem, quum ſuper ventos faceret validas nubes, & quum firmatos [a] *ponebat montes ſub cælo: quando fortia faciebat fundamenta terræ, eram penes illum diſponens.*

a *Et quum confirmatos:* &c. Bon. *Et quum firmatos ponebat fontes ſub Cælo eram penes illum diſponens. Ego eram quando faciebat fortia fundamenta terræ.*

8.

Ego eram, cui adgaudebat [a]*: quotidie autem jucundabar* [b] *ante faciam ejus, quum lætaretur orbe perfecto.*

a *Ego eram, cui adgaudebat.* Al. *gaudebat.*
b *Jucundabar.* Al. *joculabar*: Al. *joculabat* Confer hæc omnia cum his, quæ habentur Prov. VIII. a ℣. 22. tam in vulgata, quam in LXX. Interpr. verſione; Inde enim deprompta ſunt ſecundum Italam antiquiorem.

9.

Iccirco illum [a] Triſmegiſtus *δημιουργὸν τοῦ θεοῦ*

a *Iccirco illum.* Al. *Idcirco autem.*

θεῷ dixit : Sibylla σύμβυλον [b] illum appellat, quod tanta ſapientia [c], & virtute ſit inſtructus a Deo patre, ut & conſilio ejus, & manibus [c] uteretur in fabricatione mundi.

b *Et Sibylla σύμβυλον*. I. E. *Dei conſiliatorem.*
c *Quod tanta ſapientia* : Aldus quoque ſic legit. Al. *qui tanta*.
c *Manibus* I. e. *opera*.

C A P. V I I.

1.

Fortaſſe quærat aliquis [a], qui ſit [b] iſte tam potens, tam Deo charus, & quod nomen habeat [c], cujus prima nativitas non modo anteceſſerit mundum, verum etiam prudentia diſpoſuerit [d], virtute conſtruxerit [e].

a *Quærat aliquis*. Al. *quæret*. Al. ſtatim addunt : *hoc loco*.
b *Qui ſit*. Al. *quis ſit*.
c *Nomen habeat*. Al. *habet*.
d *Prudentia diſpoſuerit* : Hanc eſſe veram lectionem antecedentia oſtendunt. Bon. *pudentia*. Al. *providentia*.
e *Virtute conſtruxerit*. Heuman: *virtus conſtruxit*.

2.

Primum [a] ſcire nos convenit, nomen ejus ne angelis quidem [b] notum eſſe, qui morantur

a *Primum*. Sic omnes. Bon. ſolus. *Primo*.
b *Ne Angelis quidem*. Al. *Neque Angelis*. Reſpicit

tur in cælo, ſed ipſi ſoli, ac Deo patri: nec ante id publicabitur, ut eſt ſanctis literis traditum, quam diſpoſitio [c] Dei fuerit impleta.

ſpicit fortaſſe ad illud Prov. xxx. ℣. 4. *Quod nomen eſt ejus, & quod nomen filii ejus, ſi noſtri!*

c *Quam diſpoſitio* &c. Al. *diſpenſatio*. Pſalm. LI. ℣. 9. legitur. *Expectabo nomen tuum*. &c.

3.

Deinde nec enarrari poſſe ore hominis [a], ſicut Hermes docet, hæc dicens: *αἰτία δὲ* [b] *τούτου τοῦ αἰτίου ἡ τοῦ θείου ἀγαθοῦ βούλησις, ἣ Θεὸν προήνεγκεν· οὗ τὸ ὄνομα οὐ δύναται ἀνθρωπίνῳ στόματι λαληθῆναι.* Et paulo poſt ad filium [c]: *ἔστι γάρτις, ὦ τέκνον, ἀπόῤῥητος λόγος σοφίας ὅσιος πάντων, καὶ προεννοουμένου Θεοῦ, ὃν εἰπεῖν ὑπὲρ ἄνθρωπόν ἐστι.*

---

a *Nec enarrari poſſe ore hominis*: Al. *enunciari poſſe hominis ore*.

b *Αἰτία δὲ* &c. Quæ ſic latine apud interpretes. *Cauſſa vero hujus Cauſſæ eſt divini Boni voluntas, quæ Deum protulit, cujus nomen non poteſt humano ore dici.*

c Et paulo poſt ad filium: *ἔστι* &c. I. E. *Eſt enim, o Fili, ſecretus quidam ſer. Sapientiæ, Sanctus circa ſolum Dominum omnium, & Domini ante mente percepti, quem dicere ſupra hominem eſt.*

4.

Sed quamvis nomen ejus, quod ei a principio pater ſummus impoſuit, nullus alius

præ-

præter ipſum noverit [a], habet tamen & inter angelos aliud vocabulum, & inter homines aliud [b]. Jeſus [c] quippe inter homines nominatur. Nam Chriſtus [d] non proprium nomen eſt, ſed nuncupatio poteſtatis, & regni: ſic Judæi [e] reges ſuos appellabant.

a *Præter ipſum noverit*: Al. *præter ipſum ſciat.*
b *Et inter homines aliud*: Bon. *Alium.*
c *Jeſus*: Bon. *IHM.*
d *Nam Chriſtus*: Bon. *Nam CpS.*
e *Sic Judæi*: Al. *Sic enim Judæi.*

5.

Sed exponenda hujus nominis ratio eſt propter ignorantium errorem, qui eum immutata littera Chreſtum [a] ſolent dicere.

a *Qui eum immutata littera Chreſtum* &c. Quamquam nonnulli putant nomen hoc oſcitantia librariorum factum eſſe ex eo, quod ubi Svetonius in Claudio xxv. dicit: *Judæi impulſore Chreſto* &c. plerique legant: *impulſore Chriſto* &c. Tacitus tamen manifeſte docet, immutatum Chriſti nomen in contumeliam fuiſſe: dicit enim *Ann.* L. xv. 44. *Ergo abolendo rumori Nero reos exquæſitiſſimis pœnis affecit, quos per flagitia inviſos vulgus Chreſtianos appellat. Author nominis hujus Chriſtus* &c. Adde Theoph. *Serm.* 1. *ad Authol.* Tertull. Apol. cap. 111. & Heumen; & Hilſcheri Differt. *de Chreſto Svetonii.*

6.

Erat Judæis ante præceptum [a], ut ſacrum con-

a *Erat Judæis ante præceptum* &c. Exod. cap. xxx. ℣. 30. & 1. Reg. cap. xv. ℣. 1. &c.

conficerent unguentum, quo perungi poſſent ii, qui vocabantur ad ſacerdotium, vel ad regnum. Et ſicut [b] nunc Romanis indumentum purpuræ [c], inſigne eſt regiæ dignitatis aſſumptæ, ſic illis unctio ſacri unguenti, nomen, ac poteſtatem regiam conferebat.

b *Et ſicut*: Bon. *ſed ſicuti*.

c *Indumentum purpuræ* &c. Vide ad cap. XIX. Lib. *de Mortibus perſecutorum*, ubi hoc de ritu agitur.

7.

Verum quoniam Græci veteres χρίεσθαι dicebant ungi, quod nunc ἀλείφεσθαι, ſicut indicat Homericus verſus ille,

Αὐτὰς [a] δ' ἄρ δμωαὶ λοῦσαν, καὶ χρῖσαν ἐλαίῳ.

Ob hanc rationem nos eum Chriſtum nuncupamus, id eſt unctum, qui Hebraice Meſſias dicitur. Unde in quibuſdam Græcis ſcripturis, quæ male de Hebraicis interpretatæ ſunt [b], ἠλειμμένος [c], id eſt ungendo creatus, ſcriptum invenitur, ἀπὸ τοῦ ἀλείφεσθαι.

a Αὐτὰς &c. Sic autem latine a vetere interprete ſcriptum reperio in aliquibus Mſs.

Hos autem ancillæ lavarunt, & unxerunt oleo.

b *Interpretatæ ſunt*: Paſſive verbum hocce a Cicerone etiam uſurpatum eſt *L. II. de Legib.* 12.

c Ἠλειμμένος: Al. ſtatim latine addunt. *I. E. ungendo creatus*: Al. *curatus*. Al. *Elimenes*.

8.

Sed tamen utrolibet nomine res ſignificatur;

tur: non quod ille regnum hoc terrenum fuerit adeptus, cujus capiendi nondum tempus advenit [a], ſed quod cæleſte, ac ſempiternum, de quo diſſeremns in ultimo libro: nunc vero de prima ejus nativitate dicamus.

a *Cujus capiendi nondum tempus advenit*: Reſpicit ad *Regnum mille annorum*, de quo L. VII. cap. XXIV, & Diſſ. XXXIII. cap. IV. §. II.

CAP. VIII.

1.

IN primis enim teſtificamur, illum bis eſſe natum: primum in ſpiritu, poſtea in carne. Unde apud Hieremiam [a], ita dicitur: *Prius quam* [b] *te formarem in utero, novi te.* Item alibi [c] *Beatus qui erat, antequam naſceretur*, quod nulli alii contigit, præter Chriſtum. Qui

a *Apud Hieremiam*. I. E. Prophetam Domini c. 1. ℣. 5. De hoc propheta, egimus diſſ. XL cap. 1. §. XII.

b PRIUSQUAM &c. Hocce divinum Oraculum de Chriſto explicatum habes apud Cyprianum *L.* 1. *adverſ. Judæos*. Quamquam de eodem Hieremia dictum putaverit idem S. Martyr cap. XVI. *de Lapſis*.

c *Item alibi*. Al. *& item apud ipſum*.

d BEATUS, QUI ERAT &c. Cellarius putavit hæc verba non eſſe Hieremiæ, in cujus ſcriptis non reperiuntur. Hinc Heuman. legendum eſſe judicat: *Natus namque erat antequam, naſceretur*; Fulvius Urſinus: *& Iterum* apud *ipſum*. Bunemanno placet Heumanni conjectura; ſed mallet: *Generatus namque erat* &c.

2.

Qui quum eſſet a principio [a] filius Dei, regeneratus eſt denuo ſecundum carnem [b], quæ duplex nativitas ejus magnum intulit humanis pectoribus errorem, circunfunditque tenebras etiam iis, qui veræ religionis ſacramenta retinebant [c].

a *Qui quum eſſet a principio*: Scilicet: *Ab initio, & ante ſæcula*: ut Eccl. XXIV. ỷ. 14.

b *Regeneratus eſt denuo ſecundum carnem*: Hujuſmodi dicendi modus figura redundantiæ eſt, quam Græci Pleonaſmum dicunt, & ſapienter heic, & infra cap. XI. ſeg. 14. adhibetur, quia idem Verbum ab Æterno Patre in divinis genitum, in tempore aſſumpta hypoſtatice humanitate iterum a Virgine operante ſpiritu Sancto rite dicitur procreatum per communicationem idiomatum.

c *Circumfuditque tenebras etiam iis, qui veræ religionis ſacramenta retinebant*. Sic legit Aldus. Al. *circumfundit*. Al. *peccatoribus errorem circumtundit*. Bon. ſingularem hanc habet lectionem: *circumfuditque tenebras etiam hos, quæ* &c. Heic id tangit Lactantius, quod deinde plenius exponit cap. XXX. a ſeg. 4.

3.

Sed nos id plane, dilucideque monſtrabimus, ut amatores ſapientiæ facilius, ac diligentius inſtituantur [a]. Qui audit, Dei filium dici, non debet tantum nefas mente concipere, ut exiſtimet ex connubio, ac permiſtio-

a *Inſtituantur*: Al. *inſtruantur*.

ſtione fœminæ alicujus Deum procreaſſe, quod non facit niſi animal corporale mortique ſubjectum.

4.

Deus autem quum ſolus ſit [a], cui permiſcere ſe potuit? aut quum eſſet tantæ poteſtatis, ut quicquid vellet, efficeret, utique ad creandum ſocietate alterius non indigebat: niſi forte exiſtimabimus, Deum, ſicut Orpheus putavit [b], & marem eſſe, & fœminam, quod aliter generare nequiverit, niſi haberet vim ſexus utriuſque, qua aut ipſe ſecum coierit, aut ſine coitu non potuerit procreare.

Sed

a *Quum ſolus ſit*: Sic etiam Aldus. Al. *quum ſolus eſſet*. Al. *quum ſolus adhuc, eſſet*. Videad L. II. cap. VIII. ſeg. 3.

b *Sicut Orphæus putavit* &c. Bon. *Orfeus* per *f*, quod elementum ſemper adhibet, quoties φ Græcum, ſeu *ph*. latinum eſt adhibendum, ut alibi notavi. De Orpheo, ejuſque ſententia circa Deum diximus aliqua ae L. 1. cap. V. ſeg. 4. & ſeq. Iterumque ad eundem Lib. cap VII. ſeg. 7. Alia reſervamus pro diſſertationibus ibidem indicatis. Heic latine ex Apulejo dabimus verſum Anonymi cujuſdam, qui librum ſcripſit *de Mundo* & Orpheum, tamquam illorum authorem laudat:

Jupiter & mas eſt, eſtque idem Nympha perennis. Cui addi poteſt Gisber. Cuperus *Apotheos. Homeri* pag. 227. monente Cellario.

5.

Sed Hermes in eadem fuit opinione [a], quum dicit αὐτοπάτορα καὶ αὐτομήτορα. Quod ſi ita eſſet, ut a prophetis dicitur pater [b], ſic etiam mater diceretur.

---

a *In eadem fuit opinione*: Bon. *fuerat*. De hac Hermetis ſententia diximus ad L. 1. locis nota ſuperiori indicatis. Heic S. Gregorii Nazianzeni carmen dabimus, in quo Hermeti tributa opinio eleganter exprimitur, Betulejo interprete:

Ipſe pater ſibi, non genitus, ſibi mater & ipſe.

b *Ut a Prophetis dicitur pater*: Al. *pater dicitur.*

6.

Quomodo igitur procreavit? Primum nec ſciri a quoquam poſſunt, nec narrari [a] opera divina, ſed tamen ſacræ literæ [b] docent, in quibus cautum eſt, illum Dei filium, Dei eſſe ſermonem, ſive etiam rationem [c], itemque cæteros angelos [d] Dei ſpiritus eſſe. Nam ſer-

---

a *Nec narrari*. Al. *enarrari* Reſpicit ad illud Is. LIII. 8. *Generationem ejus quis enarrabit?* quod vidit etiam Betulejus.

b *Sacræ litteræ*: Al. ſanctæ.

c *Eſſe ſermonem, ſive etiam rationem*: Sic etiam Aldus reſtituens poſtrema hæc tria verba, quæ aberant ab editione patris ſui. Vide Cap. XVIII. ſapientiæ ℣. 18. Ubi Verbum divinum dicitur *ſermo* (*Dei*) *omnipotens*.

d *Itemque cæteros Angelos* &c. Hæc, & quæ ſequun-

ſermo eſt ſpiritus cum voce aliquid ſignificante prolatus *e*.

L.IV. D Sed

quuntur uſque ad ſeg. nonum abſunt omnino a noſtro Bon. Ms. Cod. antiquiori, & in Torneſiano deſiderari indicant ſigna in ſua editione Lugdunen. MDXCIV. pag. 315. Quum autem Noſter heic dicit *cæteros Angelos* non *univoce*, ut Theologi loquuntur hocce vocabulum uſurpat, quaſi confundendo, ſive æquando Angelicam cum divina natura: hoc enim jam ſuperius, & infra Lactantius excludit; ſed utitur nomine generico, quod miniſterii illius eſt, qui magna nunciare ſolet. Hinc S. Gregorius Magnus *Homil.* XXXIV. *in Evangel.* de ſpiritibus loquens ait: *Tunc ſolum ſunt Angeli, quum per eos aliqua nunctantur.* Et apud LXX. Iſaiæ IX. ℣. *6.* Divinum Verbum appellatur: *Magni conſilii Angelus*: & quidem merito. Ipſum enim ad nos miſſum eſſe firmiſſime credimus, ut nobis divina revelaret myſteria, quod infra docet etiam Lactantius.

e *Sermo eſt ſpiritus cum voce aliquid ſignificante prolatus*. Betulejus heic ait: *Definitio eſt minime ſufficiens ad confirmandam ſermonis Deitatem... quod ſermo humanus proferentis ſubſtantiam in ſe non continet, ſicuti divinum Verbum panem ſubſtantiale eſſe fides docet; & Tertullianus explicat adverſus Praxean.* Egregie tamen hallucinatur in eo Betulejus, quod putat, Lactantii definitionem vocis, heic allatam eſſe ad confirmandam divini Verbi Deitatem; quum clariſſimum ſit, eam dumtaxat adhibuiſſe ad oſtendendam rationem, quare Verbum divinum ſpiritus ſimul, & ſermo dicatur, explicaturus deinde in quo cum cæteris creatis ſpiritibus conveniat, & per quod ab illis pluſquam genere differat.

7.

Sed tamen quoniam ſpiritus, & ſermo diverſis partibus proferuntur [a], ſiquidem ſpiritus naribus, ore ſermo procedit: magna inter hunc Dei filium, & cæteros angelos differentia eſt. Illi enim ex Deo taciti ſpiritus exierunt [b], qui non ad doctrinam Dei tradendam: ſed ad miniſterium creabantur [c]. Ille

---

a *Diverſis partibus proferuntur* &c. Spiritus vocabulum heic iu tota ſua latitudine accipitur; ſed ſtatim exempli cauſſa ad reſpirationem, quam ore, & naribus emittimus, reſtringitur, illudque innuitur, quod noſter docuit L. *de Opif. Dei*. Cap. XI. ſeg. 12.

b *Taciti ſpiritus exierunt*: I. E. officium Verbi non ſua natura fungentes; ſicuti ſpiritus, qui per nares expenditur. Contra vero ſpiritus, qui ore profertur, vocem, quum volumus efformat, & verbum mentis manifeſtat. Et en primum diſcrimen, quod ſpiritum inter, & Verbum Noſter deducit ex illa definitione; nimirum quod Angeli quum non ex ſe aliquid enunciare poſſint, quod illis a Deo manifeſtatum non ſit per Verbum ipſum, taciti, tamquam ſpiritus e naribus emiſſi, producuntur; Verbum autem quum prius alta mente concipiatur, & mox ore manifeſtetur, ex propriis jam id præcontinet, quod manifeſtat; ac propterea eſt veluti vox, quæ ſono intelligibili ſemper eſt prædita.

c *Ad miniſterium creabantur*: Reſpicit ad illud Apoſt. ad Hebr. cap. 1. ℣. 5. *Nonne omnes ſunt adminiſtratorii ſpiritus* &c.

8.

Ille vero quum ſit & ipſe ſpiritus, tamen cum voce, ac ſono ex Dei ore [a] proceſſit, ſicut verbum, ea ſcilicet ratione, quia voce ejus ad populum fuerat uſurus, id eſt quod ille magiſter futurus eſſet doctrinæ Dei, & cæleſtis arcani ad homines perferendi [b] (quod ipſum primo locutus eſt, ut per eum nobis loqueretur [c], & ille vocem Dei, ac voluntatem nobis revelaret.)

---

a *Ex Dei ore*. Al. *ex Dei opere*: Male.

b *Et Cæleſtis arcani ad homines perferendi*: Al. *proferendi*. Al. *ad hominem*. Hiſce verbis Noſter alludit ad Verbi manifeſtationem, ſecundum quam Dominns Jeſus Chriſtus expletis adventus ſui mandatis, & morti proximus, Patri dixit: *Manifeſtavi nomen tuum hominibus* &c. apud Joh. cap. XVII. ℣. 6.

c *Ut per eum nobis loqueretur*. Al. *per eum ipſe ad nos loqueretur*. Al. *per Deum ipſum ad nos loqueretur*. Al. *per eum ipſum*: Apoſtolus Paulus ad Hebr. ubi ſupra ait: *Multifariam, multiſque modis olim Deus loquens patribus in prophetis: noviſſime diebus iſtis locutus eſt nobis in filio* &c.

9.

Merito igitur [a] ſermo, & Verbum Dei di-

---

a *Merito igitur* &c. Oſtendit quanta ratione competat filio Dei non ſolum nomen Verbi, ſed etiam ratio ſermonis; nam ut docet S. Thomas 1. P. Quæſt. XXXIV. A. 1. c. *Primo & principaliter interior mentis con-*

citur: quia Deus procedentem de ore ſuo vocalem ſpiritum[b], quem non utero, ſed mente conceperat, inexcogitabili quadam majeſtatis ſuæ virtute, ac potentia in effigiem, quæ proprio ſenſu, ac ſapientia vigeat[c], comprehendit, & alios item ſuos ſpiritus in angelos figuravit[d].

---

conceptus verbum dicitur. Secundario vero ipſa vox interioris conceptus ſignificativa. Ms. Cod. Bon. heic lacunam terminat, & pro *igitur* legit; *ergo* &c.

b *Vocalem Spiritum*. Al. *vitalem ſpiritum*.

c *In effigiem, quæ proprio ſenſu, ac ſapientia vigeat*: Bon. *in effigiem ſimilitudinis ſuæ, qui proprio* &c. Proſequitur Lactantius expoſitionem Epiſtolæ Paulinæ ad Hebræos ℣. 3. ubi de divino Verbo dicitur: *Qui quum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ ejus*, &c. quæ conferenda ſunt cum iis quæ leguntur ad Coloſſ. I. ℣. 15. Quum enim Dei filius talis ſit: *in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ abſconditi*. Ibidem cap. II. ℣. 3., & propterea omnes prærogativæ una voce exprimi nequeant, diverſis nominibus ſignificantur. Dicitur ergo *Spiritus*, ut omnis corporis ratio ab eo in prima nativitate excludatur. Dicitur *filius*, ut oſtendatur eandem cum Patre habere naturam. Dicitur *ſplendor*, ut demonſtretur coæternus cum eo, a quo eſt genitus. Dicitur *imago*, *effigies*, *figura*, *forma*, ut declaretur omnino ſimilis, & Deo æqualis, juxta illud ejuſdem Apoſtoli ad Philip. II. ℣. 6. *Qui quum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo*. Quod per ſuperbiam ſibi uſurpare tentaverat Lucifer dicens: *Similis ero Altiſſimo* Iſa XIV. 14. ac deinde mulieri ſuaſit: *Eritis ſicut Dii*: Genſ. III. 5.

d Et

d *Et alios item Spiritus ſuos in Angelos figuravit*. Iterum heic noſter Bon. Ms Cod. deficit. Al. *& alios idem*. Al. Τὸ *ſuos* aut poſponunt, aut non habent. Lectionem noſtram optime Bunem. confirmat ex Epitom. cap. XLII. 3., & ex L. VII. cap. V. 9. *Figuravit* heic idem valet ac ſi diceret *cognovit*. Deus enim ab æterno omnia, quæ in tempore erat producturus cognovit in ſe ipſo, ac propterea, ſicuti artifex in idea prius cognoſcit opus, quod efficere geſtit; ſic Deus in ſe ſpiritalem ſimul, ac corporalem creaturarum omnium ſpeciem, ſeu formam præſentem habuit, tamquam illarum imagines; ſed diverſimode, ac in variis naturis exprimendas, ut a Verbo ipſo toto genere diſtinguerentur. Verbum autem, quia filius eſt, in ſimilitudinem ſubſtantiæ, ac naturæ ſuæ produxit, quemadmodum Regis imago princeps filius, diceretur. Creaturæ autem quoniam ex nihilo ſunt, imaginibus alterius naturæ aſſimilantur, ſicuti eſſet figura ejuſdem regis in tabula picta, aut in ære ſculpta, ſeu ficta ex quacumque materia.

10.

Noſtri ſpiritus [a] diſſolubiles ſunt, qua-

D 3 mor-

a *Noſtri Spiritus* &c. Hactenus differentiam Noſter demonſtravit, quæ Verbum divinum inter, & Angelos intercedit: quoniam autem ad eam oſtendendam, ſimilitudinem ſumpſerat a ſpiritibus, quos nos naribus, ac ore emittimus, iterum de iis ſermonem inſtituit, & diſcrimen inter Dei, ac humanos Spiritus declarat in eo potiſſimum, quod ſpiritus a nobis emiſſi in auras evaneſcunt, nec perdurare poſſunt, niſi in voces efformati characteribus comprehendantur. Spiritus autem Dei, cujus eſſe eſt in-

mortales ſumus. Dei autem ſpiritus & vivunt, & manent, & ſentiunt, quia ipſe immortalis eſt, ſenſus, & vitæ dator.

intelligere, in eodem ſemper ſtatu permanent, nec indigent alia re aſe diſtincta, ut perſeverent in illa. Habent etiam hæc relationem ad ea, quæ ex Pſal. ci. recitat Apoſtolus in Epiſt. laudata ad Hebr. cap. 1. a ℣. 10., & ſequenti, ac proinde cum illis conferenda.

11.

Noſtræ voces, licet auræ miſceantur, atque evaneſcant, tamen plerunque permanent literis comprehenſæ: quanto magis Dei vocem credendum eſt & manere [a] in æternum, & ſenſu, ac virtute comitari [b], quam de Deo patre, tamquam rivus de fonte traduxerit [c]?

a *Credendum eſt manere*. Al. *comprehendendum eſt* &c.

b *Senſu, ac virtute comitari*. Lego cum Bunem. qui *comitari* etiam paſſive uſurpatum Senecæ authoritate propugnat. De Verbo Divino hæc ſunt intelligenda.

c *Tamquam rivus de fonte traduxerit?* S. Baſilius hac ſimilitudine elegantiſſime in hac eadem materia utitur in Cap. 1. S. Joh. ubi ait: *Habet verbum noſtrum divini Verbi ſimilitudinem quandam. Declarat enim totam mentis conceptionem; & quidem cor noſtrum, quaſi fons eſt, verbum prolatum, quaſi rivulus.* Complectens id, quod Apoſtolus dixerat: *In principio erat verbum* &c. cum eo quod propheta præcantaverat: *Eructavit cor meum verbum bonum* &c. His ſimi-

ſimilia leguntur apud veteres Eccleſiæ Patres, qui de eodem argumento egerunt; & quamquam eos, Petavius, & Huetius minus caute locutos de Verbi æterna generatione eſſe contendant; & recentiores Semi-Ariani, ac Sociniani illos in ſui patrocinium afferunt: falluntur tamen utrique, & quantum ad Patres id demonſtrat N.P. Liberius a Jeſu Tom. II. ex poſtr. *Contr.* VI. §. XI., & quantum ad Lactantium oſtendimus diſſ. XXXIV. cap. II. §. IV.

12.

Quod ſi quis miratur ex Deo Deum prolatione vocis, ac ſpiritus potuiſſe generari, ſi ſacras voces prophetarum cognoverit [a], deſinet profecto mirari.

a *Si ſacras voces prophetarum cognoverit*. Bon. *cognoverat* Ab initio enim hujus ſegmenti lectionis continuatio proſequitur. Notandum heic eſt, Noſtrum hactenus locutum fuiſſe, tamquam in ænigmate, indicans potius, quam declarans Myſterium divinæ generationis. Nec dici poteſt caſu, errore, vel ignorantia id ab eo factum eſſe; nam infra c. XXIX. mirifice, & quantum pro ratione temporum fas erat, de ea locutus eſt. Iccirco arbitror oratoris artificium ſatis reconditum in hiſce verbis latere, ut Ethnicorum animos irritaret ad teſtimonia prophetarum legenda, quæ ab illis parvi pendebantur. Verendum quippe erat, ne vix attacta ab illis reſpuerentur, ut de Cypriani operibus contigiſſe idem docet Lactantius L. V. cap. I. ubi omnino legendus.

13.

Solomonem, patremque ejus David po-

tentiſſimos reges fuiſſe, & eoſdem prophetas, etiam iis fortaſse ſit notum, qui divinas literas non attingerunt; quorum alterum, qui poſterius regnavit, Trojanæ urbis excidum centum & quadraginta annis anteceſſit [a].

a *Quorum alterum, qui poſterius regnavit, Trojanæ Urbis excidium centum, & quadraginta annis anteceſſit*. Fulvius Urſinus, Iſæus, Spark, Heum. noſtram lectionem retinent, quæ non unius ſolummodo Ms. Cod. Vaticani eſt; ſed & Bon. antiquioris, & aliorum quorundam. Vide Tabulam chron. quam dedimus diſſ. XXII. §. V., ubi demonſtravimus, hanc lectionem correſpondere exacte aliis Lactantianis ſupputationibus. Mirandum tamen eſt, Thomaſium Ludovici Vives authoritate fretus, antiquiſſimum Bonon. Ms. Cod. præteriiſſe.

14.

Hujus pater divinorum ſcriptor hymnorum in Pſalmo XXXII. ſic ait: *Verbo Dei Cæli firmati ſunt* [a], *& ſpiritu oris* [b] *ejus omnis virtus eorum*. Item rurſus in Pſalmo XLIIII *Eructavit* [c] *cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi*. Conteſtans videlicet, nulli opera Dei eſse nota, niſi filio ſoli, qui eſt Verbum Dei, & quem regnare in perpetuum, neceſse eſt.

Item

a FIRMATI SUNT. Al. *ſolidati ſunt*.
b SPIRITU ORIS. Al. *in ſpiritu*.
c ERUCTAVIT Bon. *eructavit*. Al. *eruptavit*.

15.

Item Solomon [a], ipſum Verbum Dei eſſe demonſtrat, cujus manibus opera iſta mundi fabricata ſunt: *Ego*, inquit, *ex ore Altiſſimi prodivi ante omnem creaturam: ego in cælis feci, ut oriretur lumen indeficiens, & nebulâ texi omnem terram. Ego in altis habitavi, & thronus meus in columna nubis.*

a *Item Salomon*: Liber Eccleſiaſtici, ex quo hæc deprompta ſunt, authorem habet Jeſum filium Sirach Hierofolymitanum, qui ad Solomonis ſententias, excerptas ex libris Proverbiorum, Eccleſiaſtis, & Sapientiæ, ſuas adjecit; ſicuti ex Prologo, & ex cap. L. eruitur. Hinc factum eſt, librum hunc a veteribus nomine Solomonis laudari conſueviſſe.

16.

Joannes quoque ita tradit: I*n principio erat Verbum*, *& Verbum erat apud Deum*, * *& Deus erat Verbum. Hoc fuit in principio apud* Deum. *Omnia per ipſum facta* [a] *ſunt*, *& ſine ipſo* [b] *factum eſt nihil.*

CAP.

* In nullo Ms. codice legitur: *& Dei erat Verbum*, quod perperam, nec ſine malitia, quidam Lactantio tribuerunt; ut ſuo loco viſuri ſumus.

a *Ipſum facta*. Bon. *illum* &c.

b *Sine ipſo*; Bon. *ſine illo*.

C A P. I X.

1.

SEd melius Græci λόγον [a] dicunt, quam nos verbum, ſive ſermonem; λόγος enim & ſermonem ſignificat, & rationem, quia ille eſt vox, & ſapientia Dei.

a *Λόγον*: Plato in *Timæo*, & *Epimonide*, ut rerum omnium opificem ſignificet, hac voce utitur, quam etiam Stoicos uſurpaſſe adverſus Epicureos, tradit Laert. L.VII. *Seg.* 135., & 137. Item S. Epiph., & Turtellian. aliique.

2.

Hunc ſermonem divinum ne philoſophi quidem ignoraverunt, ſiquidem Zenon rerum naturæ diſpoſitorem [a], atque opificem univerſitatis λόγον prædicat, quem & fatum, & neceſſitatem rerum, & Deum, & animum Jovis nuncupat, ea ſcilicet conſuetudine [b], qua ſolent Jovem [c] pro Deo accipere.

a *Zenon rerum naturæ diſpoſitorem*: Sic reſtituo ubi Bon. *diſpoſitionem* legit. Cicero enim L. 1. de Nat. Deor. *Zeno*, ait *rationem quandam per omnium naturam rerum permeantem* (Al. pertinentem) *ut divinam eſſe affatam putat*.

b *Ea ſcilicet conſuetudine*: Bon. *condicione*.

c *Qua ſolent Jovem*. Bon. *qua ſolent ... jam*.

3.

Sed nihil obſtant verba, quum ſententia con-

congruat veritati. Eſt enim ſpiritus Dei [a], quem ille animum Jovis nominavit; nam Triſmegiſtus, qui veritatem pene univerſam, neſcio quomodo [b], inveſtigavit, virtutem, majeſtatemque Verbi [c] ſæpe deſcripſit, ſicut declarat ſuperius illud exemplum, quo fatetur [d], eſſe ineffabilem quendam ſanctumque ſermonem, cujus enarratio modum hominis excedat.

a *Eſt enim Spiritus Dei*: Puto, ſecundum dicta ad cap. ſuperius, Dei Verbum heic ſignificare voluiſſe, quamvis & Spiritus Sanctus poſſit intelligi, ſecundum illud Gen. 1. ℣. 2. *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas*. Ubi Tertull. L. 1. de Baptiſ. Baſil. Hom. 11. in Gen., Auguſt. L. XIII. Confeſſ. Ambroſ. in Hexam. docent de eo locutum eſſe Moyſen, quia per ipſum motus, & actio indita eſt materiæ per Verbum a Deo Patre ex nihilo productæ; & iccirco in duobus primis Geneſeos verſiculis tres divinas Perſonas Interpretes agnoſcunt.

b *Neſcio quomodo*. Bon. *neſcit quomodo*.

c *Verbi*. Bon. *Verbis*.

d *Quo fatetur*. Al. *in quo* &c.

4.

Dixi de nativitate prima [a] breviter, ut potui. Nunc de ſecunda, quoniam controverſia eſt in ea maxima, latius diſſerendum eſt, ut veritatem ſcire cupientibus, lumen intelligentiæ præferamus. CAP.

a *De nativitate prima*. Bon. caret hac poſtrema voce.

CAP. X.

1.

In primis igitur ſcire homines [a] oportet, ſic a principio proceſſiſſe [b] diſpoſitionem ſummi Dei, ut eſſet neceſſe, appropinquante ſæculi termino, Dei filium deſcendere in terram, ut conſtitueret Deo templum [c], doceretque juſtitiam: veruntamen non in virtute angeli, aut poteſtate cæleſti, ſed in figura hominis, & conditione mortali: ut cum magiſterio functus fuiſſet, traderetur in manus impiorum, mortemque ſuſciperet, ut ea quoque per virtutem domita, reſurgeret, & homini, quem induerat [d], quem gere-

a *Homines*. Sch. *omnes*.

b *Sic a principio proceſſiſſe*. Al. *præceſſiſſe*.

c *Ut conſtitueret Deo Templum*: Figurata locutio; nullum enim manufactum Tlemplum Chriſtus Deo erexit; ſed in jam erecto cultum Deo reddidiſſe in Evangelio legimus. Loquitur itaque Lactantius, vel de corpore ipſius Chriſti, quod ipſemet Dominus, interprete Johanne cap. II. ℣. 21. templum appellavit. Vel de Eccleſia ſponſa ſua, de qua dixit Apoſt. 1. ad Corinth. III. ℣. 16. *Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos*. Conf. Lact. L. vi. c. xxv. ſeg. 3.

d *Et homini, quem induerat*: Uſitata Patribus locutio. Sic enim inter Latin. Cyprianus, Ambroſius, Auguſtinus, Hilarius. Inter Græcos vero Irenæus, Origenes, Athanaſius &c. Ne ſuſpiceris, unionem hypoſtaticam heic denegaſſe Lactantium.

rebat, & ſpem vincendæ mortis afferret [e], & ad præmia immortalitatis admitteret.

e *Spem vincendæ mortis afferret*. Bon. *in ſpe efferret*. Al. *offerret*. Al. *efferret*. Intellige mortem peccati, de qua in perſona Chriſti dictum eſt: *ero mors tua, o mors*. Oſeæ XIII. ℣.14. ſimulque *carnis reſurrectionem*.

2.

Hanc ergo diſpoſitionem [a] ne quis ignoret, docebimus prædicta eſſe omnia, quæ in Chriſto videmus eſſe completa.

a *Hanc ergo diſpoſitionem*: Iſæus *diſputationem*. Male. Vide L.1. cap.1. ſeg. 5. &c.

3.

Nemo aſſeverationi noſtræ fidem commodet [a], niſi oſtendero, prophetas ante multam annorum ſeriem [b] prædicaſſe [c], fore, ut aliquando filius Dei naſceretur, ſicut homo, & mirabilia faceret, & cultum Dei per totam terram ſeminaret, & poſtremo, patibulo figeretur, & tertia die reſurgeret.

a *Fidem commodet*: Al. *accomodat*.
b *Ante multam annorum ſeriem*. Al. *temporum ſeriem*. Aldus nobiſcum legit.
c *Prædicaſſe*. Al. *prædixiſſe*. Al. *prædicta eſſe*.

4.

Quæ omnia quum probavero eorum ipſorum literis [a], qui Deum ſuum [b] mortali corpore uten-

a *Eorum ipſorum literis*. Al. *eorum temporum*.

Sed

utentem [c] violaverunt, quid aliud obſtat, quo minus veram ſapientiam, clarum ſit in hac ſola religione verſari? Nunc a principio totius ſacramenti origo narranda eſt.

Sed prave; nam heic Lactantius loquitur de libris Judæorum, qui Chriſtum occiderunt.

b *Qui Deum ſuum*. Bon. *Deum ſummum*.

c *Corpore utentem*. Al. *viventem*. Bon. *utendum*.

5.

Majores noſtri [a], qui erant principes Hebræorum, quum ſterilitate, atque inopia laborarent, tranſierunt in Ægyptum rei frumentariæ gratia: ibique diutius commorantes, intolerabili ſervitutis jugo premebantur.

a *Majores noſtri*. Quamquam nos ex Gentibus ſumus, non autem ex Judæis; quia tamen, ut L. v. c. xxii. ait Lactantius, nos ſucceſſores, & Poſteri ſumus illorum, ideo eos majores noſtros appellat. Quæ heic ab Authore narrantur, expreſſa ſunt paſſim Gen. xlii., & in Exodo a cap. i. ad xix.

6.

Tum miſertus eorum Deus, eduxit eos, ac liberavit de manu Ægyptiorum [a] poſt annos quadringentos, & triginta [b], duce Moyſe, per quem poſtea illis lex a Deo data eſt, in

a *De manu Ægyptiorum*. Al. *de manu Regis Ægyptiorum*.

b *Poſt annos quadringentos, & triginta*. Sic omnino juxta exod. xii. ℣. 40. Non, ut Al. *trecentos triginta*. Aldus nobiſcum legit.

in qua eductione oſtendit virtutem ſuæ majeſtatis Deus.

7.

Trajecit enim populum medio mari rubro [a], præcedente angelo, & ſcindente aquam [b], ut populus per ſiccum tranſgredi poſ-

a *Medio mari rubro*. Hoc eſt mare Indicum, quod *Gangetici*, *Perſici*, *Arabici*, & *Aſperi* nominibus diſtinguitur in tabulis Geographicis. Id Latinis mare Rubrum, Græcis Erythræum appellatur pluribus, variiſque rationibus; nam Euſtathius a reflexione montium combuſtorum ita dictum credit. Cteſius Gnidius a fonte miniato, qui in hoc decidit. Alii ab aquis, quæ ex montibus, quos ſol adurit, illuc decurrunt. Alii a ſolis repercuſſione, qua colorantur undæ. Alii ab Arena; alii demum a Rege Erythra, cujus ſepulchrum in Ogyri inſula ejus maris erat, ita nuncupatum, exiſtimant.

b *Præcedente Angelo, & ſcindente aquam*. Gallæus heic falſi arguit Lactantium, quoniam Exod.xiv. ℣. 19. dicitur: *Tollenſque ſe Angelus Dei, qui præcedebat caſtra Iſrael, abiit poſt eos, & eum eo pariter columna nubis, priora dimittens, poſt tergum*. Item verum non eſſe contendit, Angelum aquam Maris diviſiſſe; nam ibidem ℣.21. habetur: *Cumque extendiſſet Moyſes manum ſuper mare, abſtulit illud Dominus flante vento vehementi, & urente tota nocte, & vertit in ſiccum: diviſaque eſt aqua*. Gallæo ſeſe Sparkius oppoſuit, & noſtrum vindicavit; ſed paucioribus, & efficacius. Ad primum enim, quod opponitur obſervandum eſt ex Num.x. v. 34. & 35. Quod columna illa, quæ die, noctuque Iſraelitas præce-

poſſet [c], quem verius [d] (ut ait poeta)

Curvata in montis faciem circumſtetit unda.

cedebat, non ſolum erat eis dux itineris; ſed etiam motu ſuo ſigna dabat & ultra procedendi, & caſtra metandi. Appropinquantibus ergo Ægyptiis columna ſtetit, & quidem media Iſraetitas inter, & Ægyptios, ita tamen ut illis lucem, iſtis tenebras offunderet, ne *ad ſe invicem accedere valerent*. Interea diviſit Dominus mare *flante vento vehementi, & urente*, quo ſolum ſiccatum eſt, patuitque via, per quam erat tranſeundum. Tunc dato proficiſcendi ſigno, utique per Angelum columnam moventem, *ingreſſi ſunt filii Iſrael per medium ſicci Maris*, videntibus profecto Ægyptiis, utpote qui, impedimento ſublato, eos perſecuti ſunt, & aquis occurrentibus ſubmerſi. Scite igitur Noſter ait, Deum trajeciſſe populum medio mari, præcedente Angelo, & ſcindente aquam; ibi enim Angeli eſſe dicuntur, ubi operantur. Operaſſe autem Angelum ante Iſraelitas, eis ſemper præeundo, non ſolum quæ ſequuntur demonſtrant; verum etiam, dignoſcitur ex vento urente, quum certum ſit, Deum facere Angelos ſuos ſpirtus, & miniſtros ſuos *ignem urentem* Ps. CIII. v. 5. His quippe *nec ventorum pernicitas, neque vis ignea deeſt*, ut l. c. inquit Theodoretus. Adde Deut. IX. v. 3. & Num. XX. v. 16.

c *Per ſiccum tranſgredi poſſet*. Al. *gradi*.

d *Quem verius*, Bon. *quem Vergilius*. Æn. L. IV. ỳ. 361.

8.

Qua re audita tyrannus Ægyptiorum cum magna ſuorum manu inſecutus, & mare adhuc

huc parens temere ingreſſus, coeuntibus aquis cum omni exercitu deletus eſt [a]. Hebræi vero egreſſi in ſolitudinem [b] mirabilia viderunt.

---

a *Cum omni exercitu deletus eſt*. Exodi XIV. v.28. habetur: *Reverſæque ſunt aquæ, & operuerunt currus, & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui ſequentes ingreſſi fuerant mare: nec unus quidem ſuperfuit ex eis*. Oroſius L. I, cap. XII. *Extant*, ait, *etiam nunc certiſſima horum monumenta geſtorum; nam tractus curruum, atque rotarum orbitæ non ſolum in littore, ſed etiam in profundo, quouſque viſus admittitur, pervidentur*. Quod etiam noſtri confirmant, qui eadem ſe vidiſſe teſtantur. Manetho Ægyptius hiſtoricus apud Joſeph. L. I. contra Apion. cap. XV. *Poſtquam*, inquit, *ex Ægypto egreſſus eſt Paſtorum populus ad Hieroſolyma, qui illos ex Ægypto pepulit* Rex *nomine Tethmoſis, poſtea regnavit annis* XXXV. *& menſ.* IV. Falſa tamen narrat; *Nam*, ut ait Theophil. ad Autol. L. III. cap. XXI. *quum Hebræos perſequeretur cum exercitu ſubmerſus eſt in mari rubro* Pharao ille, qui tunc in Ægypto regnabat. Falſus item deprehenditur heic Betulejus, qui Theophilo ſententiam tribuit Manethonis. Juſtinus hiſt. L. XXXVI. cap. II. cladem hanc Ægyptiorum narrans Manethonem ſequitur; dicit enim de Moyſe: *Dux igitur exulum factus, ſacra Ægyptiorum furto abſtulit, quæ repetentes armis Ægyptii; domum redire tempeſtatibus compulſi ſunt*.

b *Ingreſſi in ſolitudinem*. Al. *egreſſi, in ſolitudine, multa*: Al. *ingreſſi ſolitudinem*.

9.

Nam quum ſitim paterentur, ictu vir-

gæ [a] rupe percuſſa, proſiliit [b] fons aquæ [c], populumque recreavit.

a *Ictu virgæ*: De hac eadem Moyſis virga vide Exodi IV. v. 20., ubi *Virgam Dei* eam Moyſes appellat, utpote a Deo elevatam ad tot, tamque ſtupenda miracula patranda,

b *Proſiliit fons aquæ*; Petra iſta, quæ monente Apoſtolo 1. ad Corinth. Cap. x. v. 4. Chriſtum præfiguravit, genus humanum ſanguine ſuo recreantem, ſita erat ad radicem montis Horeb in Arabia Petræa, Sinai haud procul, & fons ex eadem eductus, ibidem adhuc perſeverare dicitur, omnem circa agrum irrigans, quicquid in contrarium afferant Morinzon. L. 1. cap. XVI., ac Thevenot. *Voyag. du Levant* P. II. cap. XVI. Sunt qui putant, rivulum ex petra manantem ſocium Hebræorum uſque ad mare fluxiſſe; alii vero cum Uſſerio eum defeciſſe tradunt in Aſiongaber. Rabbini, tamquam avitam traditionem, ſe accepiſſe dicunt, quod in toto XL. annorum itinere Iſraelitæ ſecum habuerunt ſilicem hunc, aqua ex eo perenniter fluente, plauſtro vectum; Idque erui poſſe arbitrantur aliqui noſtrorum ex Apoſt. 1. ad Corinth. c.x. ℣. 4. ubi ait: *bibebant autem de ſpiritali, conſequente eos petra*: vide Interpr. & Rabb. ad Exod. XVII. &c.

c *Proſiliit fons aquæ*: Cornelius Tacitus hac de re loquens L. v. Hiſt. c. III. ſic de ea comminiſcitur: *Nihil æque, ac inopia aquæ fatigabat* (Hebræos) *Jamque haud procul exitio, totis campis procubuerant: quum Grex Aſinorum agreſtium, a paſtu in rupem nemore opacam conceſſit. Secutus Moſes conjectura herbidi ſoli, largas aquarum venas aperit* (Al. reperit). Hinc ſequentis impoſturæ origo. *Effigiem animalis, quo monſtrante errorem, ſitimque depulerunt, penetrali ſacravere, cæſo ariete, velut in contu-*

tumeliam Hammonis. Vindicat gentem ſuam ab hac calumnia Joſeph. L. II. contra Apion. Cap. VII., eamque idem Tacitus abolere videtur cap. V. ſequenti, ubi de Ægyptiis loquens, pleraque apud illos animalium ſimulara venerari, enarrat: nulla tamen ſive in urbibus, ſive in templis Hebræorum adeſſe, teſtatur; cui etiam Dio L. XXXVII. conſentit. Vide tamen, quæ ad Taciti locum annotantur in editione Julian. Pichon. ad uſum Delphini.

10.

Quo rurſus eſuriente, cæleſtis alimenti pluvia [a] deſcendit, quin etiam coturnices in caſtra eorum ventus induxit [b], ut non modo pane cæleſti, ſed etiam inſtructioribus epulis ſaturarentur.

a *Cæleſtis alimenti pluria deſcendit*. Al. *alimenti Manna*: Sed eſt gloſſa explicans quid pro pluvia cæleſtis alimenti heic intelligatur. Vide Exod. XVI. v. 4., & Buxtorſ., ac Bochart. *Diſſ. de Manna*.

b *Ventus induxit*. Al. *invexit*. Al. *dejecit*. Exod. XVI. v. 13., legitur; *Factum eſt ergo veſpere, & aſcendens Coturnix, cooperuit caſtra*. Sic in noſtra vulgata, ac in his omnibus Bibliis, quæ idiomatibus Orieutalibus, Hebraico affinibus ſcriptæ ſunt, conſtanter legitur. Rabbini quidam, ut Kimki, & Salomon, *aves opimas* generatim fuiſſe dicunt. R. Jonathan expoſuit *Phaſianos* Ludulphus Carthuſianus *Locuſtas* eas appellat. Grotius non potuit ſibi perſuadere fuiſſe *veras* Coturnices. Lactantius Scripturæ adhæret, nec ratio aliqua evincit, ab ea eſſe recedendum. Vide Joſeph. Heb. L. III. cap. I. Antiq. Jud. & Interpr. L. C.

11.

Pro his tamen divinis beneficiis honorem Deo non reddiderunt: ſed depoſita jam ſervitute, jam ſiti, fameque depoſita [a], in luxuriam prolapſi, ad profanos Ægytiptiorum ritus animos tranſtulerunt.

a *Jam ſiti, fameque depoſita*: Bon. *jam ſitim* &c. Al. *depulſa*.

12.

Quum enim Moyſes Dux eorum aſcendiſſet in montem, atque ibi quadraginta diebus moraretur [a], aureum caput bovis [b], quem vo-

a *Quadraginta diebus moraretur*. Quamquam in Exodo duas ſolummodo dierum quadrageſimas cibi prorſus expertem egiſſe Moyſem coram Domino dicitur cap. XXIII. v. 18. primam. cap. XXXIV. v. 28. ſecundam; In Deuteronomio vero tres quadrageſimas jeJunaſſe apparet: quidem cap. IX. v. 9. ſecundam ibidem v. 18. Tertiam demum cap. ſequenti v. 10. Interpretes, & Chronologiæ ſacræ ſcriptores varie admodum de iis loquuntur. Nos diſſ. XXII. cap. II. §. IV. ſententiam noſtram aperiemus.

b *Aureum caput Bovis* &c. Exodi XXXII. v. 4. *Fecit ex eis vitulum conflatilem*. Immo ubiquumque Scriptura de ſimulacro illo loquitur, non de ſolo capite; ſed de vitulo aureo mentionem facit. At ſi cum apud Græcos, tum apud Latinos ſcriptores exempla hujus locutionis quæras, idem *caput animalis* cujuſcumque, ac animal ipſum interdum valere cognoſces: Ita apud Homer. Iliad v.

Equas,

vocant Apin [c], quo eos ſigno præcederet [d],
figurarunt.

Equas, & mulos, & fortia Boum capita.
& apud Virgil. Ænead. L. v. v. 61.
Bina Boum vobis Troia generatus Aceſtes
Dat numero capita in naves...
Quibus addi poſſet exemplum Plauti, apud quem *Caput* pro toto homine uſurpatur; ſed ſufficere poterunt effata Patrum, qui eadem Lactantii in hac deſcribenda hiſtoria uſi ſunt phraſi: Tertull. *Adverſ. Jud. cap.* I. Ambr. LXVI. *ad Romul.* Hieron. *ad Oſeæ cap.* IV. Auguſt. *in Pſal.* LXI. Optat. Milev. *L. III.* Iſid. L. *VIII. Orig.* cap. II.

c *Quem vocant Apim*: Al. *Apin.* Ex cap. VIII. Exodi v. 26., & ex omnibus Ægyptiarum rerum hiſtoricis didicimus, apud eam gentem non ſolum animalium ſimulacra, verum etiam animalia ipſa ſumma veneratione coli; inter omnia vero Apim principem tenere locum. Herodotus L. III. cap. XXVIII. diſertiſſime contradicente nemine teſtatur. Hebræos in aureo vitulo imitari voluiſſe Ægyptios Apidem venerantes Ambroſius ubi ſupra, & Auguſtinus L. XXI. contra Fauſtum cap. XCIII. non ſine fundamento arbitrati ſunt; nam S. Stephanus Protomartyr Actor. VII. v. 39. facinus hocce execrandum exprobrans Judæis ait: *Repulerunt, & averſi ſunt cordibus ſuis in Ægyptum: dicentes ad Aron: fac nobis Deos, qui præcedent nos.* Contradicunt alii, qui cultum Apidis in Ægypto recentiorem cultu Iſraelitarum pluſquam trecentis annis conſignant. Nos autem cum Lactantio ſentimus ob rationes, quas attulimus diſſ. XXVII. cap. IV.

d *Quod eos in ſigno præcederet*: Bon. *quod eos in ſi-*

ſigno præcederent: Al.. *quod eos ſigno*. Al. *in ſignum* Al. *quod eorum ſigna*. Heum. omnia habet pro gloſſemate. Seldenus *de diis Syr.* Sintag. I. cap. IV. inhærendo verſioui Hebraicæ ad literam Exod. XXXII. ℣. 4. *Formavit illud ſtylo*, & *fecit illud vitulum fuſionis*, putat in bovis ſimulacro, ab Hebræis conflato, Apidis inſignia fuiſſe, nempe albam in fronte, ac in femore notam lunæ cornua adumbrantem. Alii coutra hæc nou Apidis, ſed Serapidis emblemata eſſe contendunt, de quo ad L. I. cap. XI. ſeg. 21., & cap. XXI. ſeg. 19. ſeq. diximus, fuſiuſque diſſ. XXVII. cap. IV.

13.

Quo peccato, ac ſcelere offenſus Deus, impium, & ingratum populum merito pœnis gravibus [a] affecit, & legi, quam per Moyſen dederat, ſubjugavit [b].

a *Merito pœnis gravibus*. Al. *pro merito*. Nempe triginta millia hominum vindici Levitarum gladio percuſſorum ea die perierunt, ut in noſtra vulgata legitur Exod. XXXII. ℣. 28. Quibus vero datum eſt aliorum fatis ſupereſſe, non omnino impune res ceſſit; ſed alias dare pœnas coactos fuiſſe conſtat ex ℣. 35. ubi habetur: *Percuſſit ergo Dominus populum pro reatu vituli, quem fecerat Aaron*, etſi pænæ genus nos latet.

b *Et Legi, quam per Moyſen dederat, ſubjugavit*. Gallæum heic iterum deſipientem audire piget; at eum audire neceſſe eſt, ut Noſtrum ab impacta calumnia vindicemus; dicit itaque: *Videtur Lactantius velle, legem in pœnam, & retributionem pro peccatis datam: quod falſum eſt. Moyſes enim antequam* To-

Populus vitulum figuraſſet, *montem aſcenderat legis accipiendæ ergo*. Langletius ad hæc verba reſpiciens *Recte*, inquit, *monent Interpretes*, Moyſem montem *aſcendiſſe legis accipiendæ gratia*, *priuſquam vituli ſimulacrum efficerent Judæi*, *lex ergo de qua hic non Decalogus*, *ſed præcepta cæremonialia* &c. Atqui etiam præcepta Cæremonialia acceperat Moyſes a Deo antequam populus vitulum adoraſſet, ut patet ex Exodo a cap. xx. ad xxxii. Ergo id quod prius. Errant tamen uterque. Dicit enim Apoſtolus ad Galatas III. 19. *Quid igitur lex? Propter tranſgreſſiones poſita eſt*, *donec veniret ſemen*, *cui promiſerat* &c. ubi videndus Auguſt. & S. Jo. Chryſoſt. Lactantii noſtri ſententiam diverſimode illuſtrantes. Quibus autem legibus Hebræos Deus poſt vituli adorationem ſubjugaverit, habetur in eodem exodi Libro a cap. xxxiv. v. 12. ſeq. & in Deuteronomio a cap. x. ad finem uſque Cap. xxxi.

14.

Poſtea vero quum in diſerta quadam parte Syriæ conſediſſent [a] amiſerunt vetus nomen Hebræi [b], & quoniam princeps examinis eorum Judas erat [c], Judæi ſunt appella-

a *Conſediſſent*: Al. *concediſſent*: Al. *conceſſiſſent*.

b *Amiſerunt vetus nomen Hebræi*: Hebræorum nomen ſive ab Heber, qui pronepos fuit Noë, ut plurimi volunt, ſive ab Abraamo, ut quondam putavit Auguſtinus, derivatum eſt; quo tamen gens illa contenta non fuit; ſed alio poſtmodum inſigniri voluit, & ſe Judæos appellarunt. Hanc eandem phraſim adhibet Noſter Cap. ultimo hujus libri ſeg. 10.

c *Princeps examinis eorum Judas erat*: Mss. quæ

ti: & terra, quam incoluere, Judæa [d].

quædam, & typis editi nonnulli libri legunt: *Princeps exanimis*: videlicet, ut exponit heic Bunem. *reſpectu mortui* Judæ, a quo Tribus, quæ præcedebat in agmine, dicta erat. Hac ratione non opus erat Betulejo, dicere; ſe neſcire, *quem Judam ducem poſt Moſis tempora Lactantius hic ſomniet*. Sed neque ſi lectionem noſtram retineamus, Lactantium ſomniaſſe, dicendum erit, quum ex cap. 1. v. 2. L. Judicum conſtet, Deum poſt mortem Joſuæ populo dixiſſe: *Judas aſcendet*, & quamquam non me latet, expoſitorum plerique Judæ nomen heic pro univerſa Tribu ſumendum eſſe exiſtimaverint, quid inde colligas, niſi nomen, quod huic Tribui peculiare erat, commune deinceps univerſo Hebræorum populo factum fuerit? Vide hac de re Mich. Glicam, & Abulenſem.

d *Quam incoluere, Judæa*. A Geographis Judæa hiſce limitibus terminatur: a Septemtrione *Samaria*, ad occaſum *Mari interno*, ad ortum *mari mortuo*, a Meridie *Montibus Seir*. Pro *incoluere* Al. legunt *coluere*. Vide Joſeph. L. XI. cap.V. *Antiq. Judaic.*

15.

Et primo quidem non dominio regum ſubjecti fuerunt, ſed populo, ac legi civiles judices præſidebant [a], non tamen in annum con-

a *Civiles judices præſidebant*: Non quaſi Juri dumtaxat dicundo eos præſediſſe populo, & legi intelligendum eſt, quum apud eos ſumma fuerit cum belli, tum pacis poteſtas. Serarius Archontes Athenienſium, & Dictatores Romanos ad Judicum Iſraelitarum exemplar

conſtituti, ſicut [b] Romani conſules, ſed perpetua juriſdictione ſubnixi. Tum ſublato judicum nomine, poteſtas regalis inducta eſt [c].

plar conſtitutos eſſe putat, & Grotius nihilo eos fuiſſe Regibus minores exiſtimat, niſi excepto faſtu, & apparatu; quæ cum eo coincidunt, quod Lactantius ſtatim ſubdit: Romanis nimirum Conſulibus fuiſſe ſimiles, addita tamen jurisdictione perpetua.

b *Conſtituti, ſicut*: Al. *conſtituti ſunt, ſicuti*.

c *Poteſtas regalis inducta eſt*: Betulejus, & exſcriptor Gallæus, & Langletius, Noſtrum heic res Judæorum non curatius deſcripſiſſe queruntur. Voluiſſent enim de Hierarchia Heli, & Samuelis mentionem ab eo fieri. Sed quorſum hæc? Nimirum ut aliquid dicerent, quum tacere non poſſent. Heli enim, & Samuel veri Judices fuere, & huic, qui poſterior *judicavit*, ut expreſſe habetur 1.Reg.l.c.VII. v. 15. Saul Rex ſucceſſit, repudiatis a popuo filiis Samuelis, avaritia in patris Magiſtratu corruptis, ut conſtat ex eodem lib.cap.VIII., & IX. Vide diſſ.XXII. cap. II. §. IV. ſeq.

16.

Verum judicibus regimen eorum tenentibus, pravas religiones ſæpe ſuſceperunt [a], atque offenſus ab is Deus, toties alienigenis ſubjugabat [b], donec rurſus pœnitentia populi mitigatus, liberaret eos ſervitute.

Item

a *Sæpe ſuſceperunt*. Al. *ſuſceperant*.

b *Toties Alienigenis ſubjugabat*: En viciſſitudines, quas ſub Judicibus Hebræi paſſi ſunt, de quibus vide diſſ.: ubi ſupra.

17.

Item ſub regibus finitimorum bellis ob delicta vexati, poſtremo capti, abductique Babylonem [a], pœnas impietatis ſuæ, gravi ſervitio pependerunt, donec Cyrus veniret [b] in regnum, qui ſtatim Judæos reſtituit edicto.

a *Abductique Babylonem* &c. Poſt hanc captivitatem, ſeu ipſa durante, Reges ſuos amiſerunt Judæi, illos ex Gente ſua numquam recuperaturi. Et quamquam ſub Cyro majori, terris, ac ſedibus ſuis ſint redditi, ut Noſter dixit cap. v. ſeg. 7. hujus libri; nihilo tamen minus Alienigenis ſæpe deinceps fuerunt parere coacti, & interdum tolerabilis, non raro triſtior fuit eorum conditio. Quoniam vero per Patriarcham Jacobum pollicitus erat Deus, ſe non ablaturum *ſceptrum de Juda, & ducem de femore ejus donec* veniret *expectatio gentium*: Gen. XLIX. v. 10. iccirco ad natum uſque Chriſtum Dominum poſt ſolutam captivitatem in eadem Gente ſemper aliqua ſaltem poteſtas remanſit, & Duces, & Reges, & Ethnarchas habuit fortiſſimos.

d *Donec Cyrus veniret* &c. Vide ſupra C.v. ſeg. 7.

18.

Exinde Tetrarchas [a] habuerunt uſque ad He-

a *Exinde Tetrarchas habuerunt uſque ad Herodem* &c. Thetrarcha ex vocabuli vi, Principem ſignificat quartam regni partem adminiſtrantem, cujuſmodi Imperio Judæi ſubacti ſunt a M. Antonio Triumviro;

Herodem [b], qui fuit ſub imperio Tiberii Cæſaris [c], cujus anno quintodecimo, duobus Geminis [d] Conſulibus, ante diem decimam Calendarium Aprilium [e] Judæi Chriſtum cruci affixerunt.

---

viro, qui Herodem, & Phaſaëlum, Antipatris Idumæi, ac totius Judææ Procuratoris a Cæſare conſtituti, filios, poteſtate donaſſe, eiſque rerum Judaicarum adminiſtrationem tribuiſſe, dicitur a Joſepho *Antiqu. Jud. L.* XIV. *cap.* XIII. *olim* XXIII. Propterea non ſtatim ac Cyrus libertatem Judæis reddidit, Tetrarchas hoc ſenſu habere cæperunt; ſed poſtquam univerſa Judæa fuerat a Romanis in provinciam redacta. In alia ergo acceptione Tetrarchæ nomen Lactantius uſurpavit, ut diverſos, varioſque Dynaſtas, quibus Judæi toto eo tempore paruerunt, generatim uno vocabulo complecteretur. Vide diſſ. XXII. cap. II. §. VII.

b *Vſque ad Herodem* &c. Cellarius heic annotat *Immo poſt Herodem ex Auguſti diviſione &c,* ex cujus hiſtoria plurima heic recitat Walchius, qui iccirco *Lactantius*, inquit, *res Judæorum heic non curatius explicat*: Quod hiſtorici peccatum eſſet, non autem Oratoris, qui rerum geſtarum ſumma uti debet ad id, quod intendit perſuadendum. Herodes autem, de quo loquitur, Antipas dicebatur, qui Tetrarcha, & Rex appellatur apud S.Matth. e. g. XIV. v. I., & 9.

c *Sub Imperio Tiberii Cæſaris* &c. Is Auguſto Cæſari ſucceſſit, de quo plurima diximus diſſ. XIII. cap. IV. Art. I. & ſeq. paſſim.

d *Cujus anno quinto decimo*, *duobus Geminis* &c. Al: *anno* XII. Al. addunt: *Id eſt duobus G. Coſſ.* Vide diſſert. nota ſuperiori indicatam.

e *Ante diem decimum Kalendarum Aprilium*: Sic ex-

expreſſe in noſtro Ms. Bon. Cod. antiquiori. Aldus ex Longobardico, & Taxaquet. *ante diem* x. Sic etiam Schottus, *Al. ante diem ſeptimum*, Al. *ſeptimam*, aut *decimam*. Al. XVII. utramque lectionem copulando. Vide diſſ. ubi ſupra.

19.

Hic rerum textus [a], hic ordo in arcanis ſanctarum litterarum [b] continetur. Sed prius oſtendam, qua de cauſſa in terram venerit Chriſtus, ut fundamentum divinæ religionis, & ratio clareſcat.

a *Hic rerum textus*: Hinc noſce Lactantium non totam Hebræorum hiſtoriam heic narrare voluiſſe; ſed rerum illorum temporum ſeriem ſucceſſione diſpoſitam: hoc enim valet Tò *textus*, quatenus a verbo *Texo* deducitur, & per tranſlationem dicitur: *texere Epiſtolas* Cic. IX. Famil. Ep. XXI. ſive *opus*, ut idem III. ad Q. Fratrem Epiſt. V. Unde Quintil. l. IX. c. IV. ait: *Neque illud in Lyſia dicendi textum tenue, atque raſum* &c. & Ammian. Marcell. L. XV. cap. VIII. *& hæc quidem Romæ* [*ut oſtendit textus ſuperior*) *agebantur*.

b *In arcanis ſanctarum litterarum*: I. e. in divinis bibliorum libris, qui ad arcani diſciplinam ſpectabant.

C A P. XI.

I.

QUum ſæpe Judæi præceptis ſalutaribus repugnarent, atque a divina lege deſci-

ſciſcerent [a] aberrantes ad impios cultus deorum, tunc Deus [b] juſtos, & electos viros ſancto ſpiritu implebat [c], prophetas in media plebe conſtituens, per quos peccata ingrati populi verbis minacibus increparet, & nihilominus hortaretur ad pœnitentiam ſceleris agendam.

a *A divina lege deſciſcerent*. Al. *deſiſterent*. Al. *deficerent*. Al. *diſcederent*.
b *Tunc Deus*. Al. *tum Deus*.
c *Sancto Spiritu implebat*: Al. *Spiritu Sancto* &c. En clariſſimum de tertia SS. Trinitatis perſona teſtimonium. Vide ſupra cap. v., & infra cap. XII., & diſſ. XXIX. cap. v. §. VI.

2.

Quam niſi egiſſent, atque abjectis vanitatibus ad Deum ſuum rediſſent, fore, ut teſtamentum ſuum mutaret, id eſt, hæreditatem vitæ immortalis ad exteras [a] converteret nationes, aliumque ſibi populum fideliorem ex alienigenis congregaret.

a *Ad exteras nationes*. Al. *externas*. Al. *exſtimat*.

3.

Illi autem a prophetis increpati, non modo verba eorum reſpuerunt, ſed, quod ſibi peccata exprobrarentur, offenſi, eos ipſos exquiſitis cruciatibus necaverunt [a], quæ omnia divinæ literæ ſignata conſervant. Di-

a *Exquiſitis cruciatibus necaverunt*: Vide cap. XI. Epiſt. ad Hebr.

4.

Dicit enim Propheta Hieremias[a]: *Miſi ad vos ſervos meos prophetas: ante lucem mittebam, & non audiebatis me, neque intendebatis auribus veſtris*[b], *quum dicerem vobis: Convertatur unuſquiſque a via ſua mala, & a nequiſſimis affectionibus veſtris, & habitabitis in terra iſta, quam dedi vobis, & parentibus veſtris*[c] *a ſæculo uſque in ſæculum. Nolite ambulare poſt deos alienos, ut ſerviatis eis, & ne incitetis me in operibus manuum veſtrarum, ad diſperdendos vos.*

a *Propheta Hieremias*. De hoc propheta diximus diſſ. XL. cap. I. §. XII. Quæ heic referuntur, ejus dicta ſunt ex cap. XLIV. v. 4. & ex cap. XXV. v. itidem 4.

b Auribus vestris: Bon. *auris veſtris*.

c Parentibus vestris: Al. *patribus*.

5.

Eſdras etiam[a] propheta, qui fuit ejuſdem Cyri[b] temporibus, a quo Judæi ſunt reſtituti, ſic loquitur: *Deſciverunt*[c] *a te, & abie-*

a *Eſdras enim*: Al. *Heſdras*. De eo vide diſſ. XL. cap. I. §. XVII. verba heic recitata ſunt ex L. II. cap. IX. v. 26. ſeu Nehemiæ IX. 26.

b *Ejuſdem Cyri*, de quo ſcilicet ſuperiori cap. ſeg. 17. Al. *iiſdem Cyri temporibus*.

c Desciverunt: Al. *deſierunt*. Al. *receſſerunt*.

abiecerunt legem tuam poſt corpus ſuum [d], *&* *prophetas tuos interfecerunt, qui obteſtabantur eos, ut reverterentur ad te.*

d *Poſt corpus ſuum*. Al. *poſt cor*, S. Cyprian. *poſt dorſum* Vulgat. *poſt terga*.

6.

Item Helias in libro Baſilion [a] tertio: *Æmulando* [b] *æmulatus ſum domino* Deo *omnipotenti, quia relinquerunt te filii Iſrael, & altaria tua demolierunt* [c], *prophetas tuos interfecerunt gladio, & remanſi ego ſolitarius, & quærunt animam meam auferre a me* [d].

a *Item Helias in libro Baſilion*: Al. in libro Βασιλειῶν III. ſcilicet III. Reg. c.XIX. v. 10. Secundum Hebræos vero L. I. &c. ut in Vulg. De S. P. Noſtro Helia vide diſſ.XXXIII. c.I. §.IV. & diſſ.XL.c.I.§.VII.

b ÆMULANDO: Al. *Æmulans*.

c *demolierunt*. Al. *demoliti erant*.

d *Auferre a me*: Bon. *auferre eam*.

7.

Propter has illorum impietates abdicavit eos [a] in perpetuum: itaque deſiit prophetas mittere ad eos. Sed illum filium ſuum [b] primogenitum, illum opificem rerum, & conſiliatorem ſuum, delabi juſſit e cœlo [c], ut re-

a *Abdicavit eos in perpetuum*: vide ſupra ad cap. IV. ſeg. 5.

b *Sed illum filium ſuum* &c. Vide ſupra ad c. VI.

c *Delabi juſſit è Cœlo*; Elegantiſſime dictum per re-

religionem ſanctam Dei[d] traſferret ad gentes, id eſt, ad eos, qui Deum ignorabant, doceretque juſtitiam, quam perfidus populus abjecerat.

relationem ad illud Pſal. LXX. v. 6: *Deſcendet ſicut pluvia in vellus : & ſicut ſtillicidia ſuper terram*, quæ, ceu continuo ductu, e Cælo in terram leniter labi videntur.

d *Ut religionem Sanctam Dei*: Ab aliquibus hæc omittuntur.

8.

Quod jampridem ſe denuntiaverat[a] eſſe facturum[b]: ſicut Malachias[c] propheta indicat dicens: *Non eſt mihi voluntas circa vos, dicit dominus, & ſacrificium acceptum non habeo ex manibus veſtris, & quoniam a ſolis ortu uſque ad occaſum clarificabitur nomen meum apud gentes.*

a *Denunciaverat*. Al. *annuntiaverat*.

b *Eſſe facturum*. Al. *eſſe ſe facturum*.

c *Malachias*: Bon. *Malachiel profeta*. Al. Tò *Propheta* non habent. De eo vide Diſſ. XL. cap. I. §. XVI. verba, quæ heic recitantur ſunt ex Cap. I. v. 10. ſeq. ejuſdem prophetiæ.

9.

Item David in Pſalmo XVII.[a] *Conſtitues me in caput gentium: populus, quam non cognovi, ſerviet mihi.*

a *David in Pſalmo* XVII. Apud Hebræos XVIII. v. 44. de Davide vide diſſ. XL. cap. I. §. V.

Eſaias

10.

Eſaias quoque ſic loquitur: [a] *Venio colligere omnes gentes, & linguas, & venient, & videbunt claritatem meam: & dimittam ſuper eos ſignum, & mittam ex his conſervatos in gentes, quæ longe ſunt, quæ non audierunt gloriam meam, & nuntiabunt claritatem meam in gentes.*

a *Eſaias*: Al. *Iſaias*. De hoc Propheta diximus in diſſ. ubi ſupra §. IX. Quæ heic prophetiæ illius recitantur verba deſumpta ſunt ex cap. LXVI. v. 18. ſeq.

11.

Volens igitur Deus metatorem templi [a] ſui mittere in terram, noluit eum in poteſtate, & claritate cæleſti mittere, ut ingratus in Deum populus [b] in errorem maximum induceretur, ac pœnas pro facinoribus ſuis lueret, qui Dominum, ac Deum ſuum non re-

a *Metatorem Templi*. Vide ad Cap. antec. ſeg. I. & adde Ezech. cap. LX. v. I. & Apocal. cap. XI. v. I.

b *Ut ingratus in Deum populus* &c. Bon. *in eum*. Bunem. annotat: *Ratio æque imbecilla, ac L. IV. cap. II. ſeg.* 5. Ad quem locum lectorem meum ablego. Betulejus. *Juſtiſſimum*, ait, *Dei judicium, ut videntes videant, & non cernant, ne quando convertantur &c.* XIII. Cave ergo ne exiſtimes, Deum impuliſſe Hebræos in aliquod ex tot facinoribus ab illis perpetratis. *Deus enim intentator malorum eſt*: ut in Epiſt. Canon. cap. I. ℣. 13. habetur, & uni-

ver-

recepiſset, quod olim prophetæ cecinerant, ſic eſse factum [c].

verſus docet Sanctorum Patrum Coetus. Eſt hic quidam dicendi modus apud illos obvius ad exprimendum, quod Deus filium ſuum in mundum miſit quamvis ab æterno ſciret, eum a Judæis crucifigendum fore, idque impedire noluiſſe; ſecundum S. Auguſtini Doctrinam de cordis obduratione, de qua ait in lib. *de Prædeſt., & gratia* XXIV. *Non operatur Deus in homine ipſam duritiam Cordis; ſed indurare eum dicitur, quem molliere noluerit* &c. Vide S. Proſp. in L. *de Articulis ſibi falſo per Pelagianos impoſitis* Art. x. ubi eorum opinionem deteſtatur, qui Deum pravæ cujuſdam voluntatis, aut actionis, credunt authorem, ſive excitantem, ſive ſuadentem, ſive impellentem peccatorum cupiditates: *Deus quippe neminem tentat*. Jacob. I. v. 13. &c. Hoc eodem modo noſter intelligendus eſt infra cap. xx. ſeg. I.

c *Sic eſſe facturum*. Al. *ſic eſſe futurum* non male.

12.

Eſaias enim, quem ipſi Judæi ferra conſectum crudeliſſime necaverunt [a], ita dicit: *Audi*

a *Quem ipſi Judæi ſerra conſectum crudeliſſime necaverunt*: Eſaias, quem alii Iſaiam appellant, quatuor majorum Prophetarum primus, e Tribu Juda, ex regio Davidis genere, Amoſi prophetæ filius, fuiſſe dicitur, & Manaſſem Regem generum habuiſſe, ſub cujus Regni initium apud Judæos floruit. SS. Patrum conſenſu probata ſententia eſt, Sanctum Prophetam, inter alias omnes ingenio, eloquii puritate, ac ſublimi dicendi genere eſſe præſtantiſſimum, quem ic-

circo

Audi cœlum[b], *& percipe auribus terra, quoniam* Dominus *locutus eſt : filios genui, & exaltavi, ipſi autem ſpreverunt me. Agnovit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe*[c] Domini *ſui : Iſrael autem me non cognovit, & populus meus me non intellexit.*

circo Grotius L. IV. Reg. c. XIX. v. 2. Demoſthenem Hebræorum appellat. Eum ſerra lignea fuiſſe diſſectum, ac rei hiſtoriam eraſiſſe e libris ſacris, tamquam Genti ſuæ invidioſam, Judæos, accuſat S. Juſtin. Martyr. in lib. *contra Tryph.* ſcripto, aliique tradunt, impium Regem cauſſam parandæ mortis Genitori uxoris ſuæ ſumpſiſſe ex eo, quod virum Sanctum mendacii reum, & falſitatis deprehendiſſet; nam Cap. VI. v. I. ſcripſerat: *Vidi Dominum ſuper ſolium excelſam &c.* quod ille contra Moyſen dictum putabat, a quo acceperat Exod. XXXIII. v. 20. *Non videbit Deum homo, & vivet:* Sed hæc in ſpeciem Rex ſceleſtus obtendit; re enim vera, ideo S. Prophetam de medio ſuſtulit, quia liberius ſcelera ipſius verbis, ac minis caſtigabat. Vide diſſ. XL. c. I. §. IX.

b *Ita dicit*: Cap. I. v. 2. ſeq. apud LXX.

c PRÆSEPE: Sic etiam Schottus. Al. *præſepium*: Bon. *Præſepeum*.

13.

Hieremias quoque[a] ſimiliter ait: *Cognovit tempus ſuum turtur, & hirundo, & ruris paſſeres cuſtodierunt tempora introitus ſui : populus autem meus non cognovit judicium*

a *Hieremias quoque* : Al. *Jeremias*. Gap. VIII. v. 7. apud LXX.

cium Domini. *Quomodo dicitis, Sapientes ſumus, & lex Domini nobiſcum eſt? incaſſum facta eſt metatura* [b]*: falſi ſcribæ, & confuſi ſunt: ſapientes trepidaverunt, & capti ſunt, quoniam verbum* Domini *reprobaverunt.*

a METATURA; FALSI SCRIBÆ, ET CONFUSI SUNT &c. ſic plerique nobiſcum, Schottus: *Metatura falſa: Et* &c. Bun. delet copulam, & eodem modo legendum putat.

14.

Ergo [ut cœperam dicere] quum ſtatuiſſet Deus, doctorem virtutis mittere ad homines, renaſci eum denuo [a] in carne præcepit, & ipſi homini ſimilem fieri, cui dux & comes, & magiſter eſſet futurus.

a *Renaſci eum denuo:* Pleonaſmus.

15.

Sed tamen quoniam clemens eſt [a], & pius erga ſuos Deus, ad eos ipſos eum miſit, quos oderat [b], ne illis in perpetuum ſalutis viam

a *Quoniam clemens eſt* &c. S.Auguſt. L.x. de C. D. cap. 1. *More autem vulgi hoc nomen etiam in operibus Miſericordiæ frequentatur, quod ideo arbitror eveniſſe, quia hæc fieri præcipue Deus mandat, eaque ſibi vel præ ſacrificiis placere teſtatur, ex qua loquendi conſuetudine factum eſt, ut & Deus ipſe dicatur pius* &c.

b *Quos oderat;* Sapient. xi. v. 25. Deo dicitur: *Di-*

viam clauderet, ſed daret his liberam facultatem ſequendi Deum, ut & præmium vitæ adipiſcerentur, ſi eum ſecuti fuiſſent, quod plurimi eorum faciunt, atque fecerunt [a]: & culpa ſua in pœnam mortis incurrerent, ſi regem ſuum repudiaſſent [b].

Diligis enim omnia, quæ ſunt, & nihil odiſti eorum, quæ feciſti. Quomodo ergo heic Lactantius aſſerit: Deum Hebræos odiſſe? Reſpondeo: creatas a ſe res, ut a ſe creatas amat Deus; id tamen ſolummodo amat in illis, quod ipſe fecit. Peccatum vero, quo opus ſuum deformatur, & ordo a ſe conſtitutus, deſtruitur, neceſſe eſt, ut odio habeat, utpote ſibi oppoſitum; unde Pſal. v. ℣. 6. dicitur: *Odiſti omnes qui operantur iniquitatem; perdes omnes qui loquuntur mendacium*.

b *Quod ſciebat eſſe facturos*: Al. iſta non habent, quæ etiam ab Aldo eſſe retinenda, exiſtimatum eſt.

16.

Apud illos igitur, & ex eorum ſemine regenerari eum juſſit, ne ſi fuiſſet alienigena, juſtam poſſent excuſationem de lege prætendere, quod eum non ſuſcepiſſent: ſimul, ut nulla omnino gens eſſet in terra, cui ſpes immortalitatis negaretur [a].

a *Cui ſpes immortalitatis negaretur*: hæc in cod. noſtro addita ſunt manu recenti.

C A P. X I I.

1.

DEſcendens itaque de cælo ſanctus ille Spiritus Dei [a], ſanctam Virginem, cujus utero ſe inſinuaret, elegit. At illa divino Spiritu hauſto repleta concepit: & ſine ullo attactu viri repente virginalis uterus intumuit.

Quod

a *Sanctus ille Spiritus Dei.* Duo priora verba a pleriſque omittuntur. Dionyſius Petavius L. 1. cap. xiv. Tom. II. Dog. Theol. docet: SS. Trinitatis Perſonam, qua operante Verbum Divinum in ſinu Virginis carnem aſſumpſiſſe credimus, Tertiam fuiſſe, ut oſtenditur a nobis infra c. xiv. ſeg. 15. & c. xv. ſeg. 3. Hoc quidem intelligi poſſe a Lactantio dictum, ſi de quo conceptus ſit Chriſtus, eum ſignificaret Spiritum, & diverſam ab hac incarnatam perſonam oſtenderet; at quia non oſtenderit, apparere, vera eſſe, quæ de illius errore prodiderat *S.* Hieronymus. Sed acuta hæc animadverſio locum heic non habet; nam Lactantius in prima hujus ſegmenti parte de mera matris electione loquitur, ubi nulla erat perſonarum diſtinctio facienda. Vide diſſ. xxix. cap. viii. §. iv.

b *At illa divino Spiritu hauſto repleta concepit*: Fulvius Urſinus inquit; Videtur legendum. *At illa divini ſpiritus hauſtu repleta concepit*: Optime quidem; ſed ſine codicum authoritate nihil immutandum. Heum. Tò *repleta* mallet abeſſe.

2.

Quod ſi animalia quædam vento, & aura concipere ſolere, omnibus notum eſt [a], cur quiſquam mirum putet, quum ſpiritu Dei, cui

a *Quod ſi Animalia quædam vento, & aura concipere ſolere omnibus notum eſt*: Al. *aut aura*. Hanc fabulam, plurimi, & quidem principes de Animalium generationem ſcriptores, tamquam exploratam hiſtoriam, tradere non ſunt veriti. Nam M. Varro L. II. cap. 1. num. 19. hæc habet: *In fœtura res incredibilis eſt in Hiſpania; ſed eſt vera, quod in Luſitania ad Oceanum in ea regione, ubi eſt oppidum Olyſippo, monte Targo, quædam è vento concipiunt certo tempore equæ, ut hic Gallinæ quoque ſolent, quarum ova hypenemia appellant* &c. quod notiſſimum eſſe Solinus Polyhiſtor, & Columell. aſſerunt L. VI. c. 27. a n. 4. ad 8. ubi Virgilii carmina refert ex III. Georg. a v. 266. Plinius L. VIII. cap. 42. id ipſum conſtare aſſeverat. Idem affirmant Silius Italicus, ad quem vide Salmaſ. c. 23., & Reſendium in antiq. Luſit. Tom. II. L. II., & quod magis mirum eſt, Geſnerus in notis ad locum laudatum Varronis; *Cæterum de Equabus Luſitanicis res notior eſt*, inquit, *quam de iis prolixius tractare neceſſe habeamus*. Juſtinus autem hiſtoricus etſi non denegat hæc a pluribus Authoribus tradi, inter fabulas tamen ea recenſet, & potius ex equarum fæcunditate, & Gregum multitudine originem traxiſſe putat hujuſmodi narrationes, de quibus vide M. Dav. Caſpar. diſput. *De fabuloſis nonnullorum animalium adfectionibus, utpote de Equabus Luſitaniæ, Tigridibus, & Vulturibus an vento concipiant?* De Avibus tamen, ac de Gallinis alia ratio eſt, ſicuti de Ani-

cui facile eſt quicquid velit, gravatam eſſe virginem [b] dicimus [c]?

Animalibus quamplurimis, quæ ſunt ovipara. Ea enim interdum ova ſua edunt mare nondum admiſſo, a quibus tamen fruſtra pullum expectes; non quia ex vento concepta, ut vult Ariſtoteles, ſed ex ovariis deciſa abſque maſculini feminis irradiatione. Non ideo tamen ridendus heic Lactantius, qui ut L. v. cap. I. videbimus, ac in diſſ. xxv. cap. IV. §. VII. diximus, Ethnicorum placita, etſi falſa, ad veritatem eis manifeſtandam ſæpe ſæpius adhibuit, & præſertim hocce in libro ob Arcani diſciplinam.

b *Mirum putet, quum Spiritu Dei, cui facile eſt quicquid velit, gravatam eſſe virginem dicimus?* Heic clarius de Spiritus Sancti opere in Incarnationis Myſterio fieri ſermo a Lactantio videtur, quod contra Ethnicos ex eorum fabulis evincunt Origenes contra Celſum L. I. & Ruffinus Toranus, Aquilejenſis Eccleſiæ Presbyter, in lib. *expoſit. ad Symb. Apoſt.*, Olim D. Cypriano adſcripto cap. XI., ubi Exemplum Phænicis affert, *quam ſine conjuge naſci, vel renaſci* conſtare dicit. De hac Alite plura dicturi ſumus ad Lactantii Carmen de eadem.

c *Gravatam eſſe virginem*: Feſtus ait: *Gravida eſt, quæ jam gravatur conceptu*: Neque credas heic *gravari* ita uſurpatum eſſe, ut grave putes virgini fuiſſe divinum Verbum humana carne unitum utero geſtare; nam bene per figuram dicitur, etſi nullum afferat incommodum, unde Virgil. L. I. æn. v. 278.

. . . . Donec Regina Sacerdos
Marte gravis geminam partu dabit Ilia prolem.

3.

Quod ſanè incredibile poſſet videri, niſi hoc

hoc futurum ante multa ſæcula prophetæ cecinissent. Solomon in ode undevigeſima [a] ita dicit: *Infirmatus eſt uterus virginis, & accepit fœtum, & gravata eſt, & facta eſt in multa miſeratione mater virgo.*

a *Solomon in ode undevigeſima*: Bon. *Solomon* & ſic ſemper. Al. *in libro*. Aldus: *in Pſalmo undevigeſimo*. Spark. *in Pſalmo* 21. Verba tamen heic laudata fruſtra quæras in Scripturis; fortaſſe in deperditis Salomonis operibus hæc legebantur.

4.

Item propheta Eſaias, cujus verba ſunt [a] hæc: *Propter hoc dabit Deus ipſe vobis ſignum. Ecce virgo in utero accipiet* [b], *& pariet filium, & vocabitis nomen ejus Emmanuel.*

a *Cujus verba ſunt hæc*: Is. cap. VII. v. 14.
b In utero accipiet. Al. *concipiet in utero*. Al. *in uterum*.

5.

Quid hoc manifeſtius dici poteſt? Legebant iſta Judæi, qui eum negaverunt [a]: ſi quis nos hæc fingere [b] arbitratur, ab his requirat, ab his potiſſimum ſumat. Satis firmum teſtimonium eſt ad probandam veritatem, quod ab ipſis perhibetur inimicis. Em-

a *Qui eum negaverunt*. Al. *necaverunt*.
b Vide diſſ. XXIX. cap. II. ſeg. 11.

6.

Emmanuel autem nunquam vocatus eſt [a], ſed Jeſus, qui Latine dicitur ſalutaris, ſive ſalvator, quia cunctis gentibus ſalutifer venit [b]: Sed propheta declaravit hoc nomine, quod Deus ad homines in carne venturus eſſet.

Em-

---

a *Emmanuel autem numquam vocatus eſt*: Gallæus & alii quidam, *Hemanuel* Al. *vocitatus eſt*: *Emmanuel* idem ſignificat, ac *Deus nobiſcum*: Nota heic verbum illud Iſaiæ *vocabis* ex Hebr. ſive *vocabitur* non neceſſario poſtulare, ut id nominis inter homines Chriſtus geſſerit; ſed ſatis eſt, ut vocabuli ſignificatio, & vis in eo ſita verificetur per hoc, quod Deus revera nobiſcum fuerit, & futurus ſit uſque ad conſumationem ſæculi in Sacramento Euchariſtico, ut ipſemet ait Matth. XXVIII. v. ult. *Ecce ego vobiſcum ſum uſque ad conſumationem ſæculi*.

b *Salutifer venit*. Id eſt: *Salutem ferens*. Ovidius metam. L. XV. pag. 589. v. 17.

. . . . *Venitque ſalutifer Urbi*.

& L. II. fab. x. v. 12.

. . . . . . *Totique ſalutifer orbi*:
Creſce puer dixit . . . . . .

7.

Emmanuel enim ſignificat nobiſcum Deus, ſcilicet quia illo per Virginem nato, confiteri homines oportebat, Deum ſecum eſſe, id eſt, in terra, & in carne mortali. Unde

Da-

David in Pſalmo octogeſimo quarto [a], *Veritas*, inquit, *de terra orta eſt*: quia Deus, in quo veritas eſt, terrenum corpus accepit, ut terrenis viam ſalutis aperiret.

a *Pſalmo LXXXIV.* Nempe v. 12. Hebr. LXXXV

8.

Item Eſaias [a]: *Ipſi autem non crediderunt, & exacerbaverunt Spiritum ſanctum: & converſus eſt eis ad inimicitiam. & ipſe expugnavit, & recordatus eſt dierum ſæculi, qui ſuſcitavit de terra paſtorem ovium.*

a *Eſaias*. Al. ſtatim addunt *ipſe*: *ipſi* &c. Hæc habentur cap. LXIII. Al. LXIV. ℣. 10.

9.

Quis autem futurus eſſet ille paſtor, declaravit alio loco dicens [a]? *Exultent cæli deſuper, & nubes induant juſtitiam, aperiatur terra, & pullulet ſalvatorem. Ego enim Dominus Deus creavi eum* [b]. Salvator vero eſt (ut ſupra diximus) Jeſus.

Sed

a *Alio loco dicit*: Vide cap. XLV. ℣. 8. ſeq.

b EGO ENIM DOMINUS CREAVI EUM. Jam pluries notavi verbum *creare* uſurpari a latinis pro *concipere*, *producere*, *gignere* &c. Heic obſervo cum S. Epiph. L. III. *contra Hær. Semiarr.* cap. LXXIII. *quod ea de cauſſa utriſque vocibus uſa eſt Scriptura*, *&* CREATURÆ, *&* GENERATIONIS; *itemque* voce CREAVIT, *& voce* GENUIT; *non quod contraria videatur*, *& in eodem*.

dem, & de iiſdem dicere; ſed ut per vocem CREAVIT *ſubſtantiam, & ſtabilitatem: per* GENUIT *vero, praeminentiam unigeniti, ac proprietatem declaret.*

10.

Sed & alio loco idem propheta ſic prædicavit [a]: *Ecce natus eſt nobis puer, & datus eſt nobis filius, cujus imperium ſuper humeros ejus: & vocatum eſt nomen ejus, magni conſilii nuntius.*

a *Sic prædicavit*: l. E. cap. IX. ℣. 6.

11.

Idcirco enim miſſus eſt a Deo patre, ut univerſis gentibus, quæ ſub cælo ſunt, ſingularis, & veri Dei ſanctum myſterium revelaret, ablatum perfido populo [a], qui adverſus Deum ſæpe deliquit.

a *Ablatum perfido populo*: Al. *ablato*.

12.

Daniel quoque [a] ſimilia prælocutus eſt: *Videbam*, inquit, *in viſu noctis, & ecce in nubibus cæli, ut Filius hominis veniens, & uſque ad vetuſtum dierum pervenit. Et qui aſſiſtebant, obtulerunt eum, & datum eſt ei re-*

a *Daniel quoque* E Regum Juda progenie natus Daniel, adhuc adoleſcens anno Joakimi Regis IV. captivus

regnum, *&* *honor*, *&* *imperium*: *&* *omnes populi*, *tribus*, *linguæ ſervient ei*, *&* *poteſtas ejus* [b] *æterna*, *quæ nunquam tranſibit* [c], *&* *regnum ejus*, *non corrumpetur*,

Quo-

ptivus ductus eſt Babylonem, ubi ad mortem uſque ſub pluribus Regibus, ſibi in ſolio ſuccedentibus, magno in honore eſt habitus, etiam ſub Cyro, ad quem ſpectat hiſtoria Beli, & Draconis ab eodem occiſi, de quo Dal. xiv. ejuſdem fama adeo increbuerat, ut proverbio eſſet: *Ecce ſapientior es tu Daniele*: Ut habetur Ezech. xxviii. ℣. 3. S. Hieronym. iu Præf. ad ejus Prophetiam refert Rabbinorum conatum, ut ex Prophetarum albo Danielis nomen expungerent, quatuor adductis cauſſis. I. quod Eunucus eſſet, cujus generis homines ab Iſraelitarum Cœtu Moyſes excludendos præceperat Deut. xxiii ℣. 1. II. Quod extra promiſſionis terram verſatus ſit, ultra quam Spiritum Prophetiæ nemini conceſſum aſſerebant. III. Quod tædium, & mæror exilii Prophetiæ æſtrum pati poſſe hominem prohibeant. IV. tandem, quod Daniel vitam egerit commodam, delicatam, & *Satrapicam* contra Prophetarum morem, qui deſpicatiſſimum, ac auſteriſſimum vitæ genus duxerunt. Hæc autem vana momenta ſunt, & Rabbinorum calumniæ, ad quas explodendas Chriſti Domini Teſtimonium ſatis eſt Matth. xxiv. ℣. 15. & Marc. xiii. ℣. 14. ubi eum laudans ait: *Abominationem deſolationis*, *quæ dicta eſt a Daniele Propheta*. Verba heic recitata ſunt ex Daniel. cap. vii. ℣. 13. ſeq,

b Et potestas ejus. Bon. & Aldus: *Et poteſtates ejus* &c.

c Numquam transibit .... non corrumpetur; Bon. *tranſibit*: Al. *quod non corrumpetur*.

13.

Quomodo igitur Judæi & confitentur, & ſperant Chriſtum Dei? qui hunc iccirco reprobaverunt, quia ex homine natus eſt?

14.

Nam quum ita ſit a Deo conſtitutum, ut idem Chriſtus bis adveniat in terram [a], ſemel, ut unum Deum gentibus nuntiet. Deinde rurſus, ut regnet: quomodo ſecundum [b] ejus adventum credunt, qui primum non crediderunt?

a *Ut idem Chriſtus bis adveniat in terram*. Al. *bis veniat*: Gallæus: *Falſum hoc eſt*; inquit, *Ita ſenſere illi, quos Millenarios vocant* &c. ſed quamquam alibi cum his faciat Lactantius; dupplex tantem Chriſti adventus ſalva fide denegari non poteſt. Semel enim jam venit, *ut unum Deum gentibus nunciaret* &c. iterum autem veniet,cum poteſtate magna, & majeſtate, ut Noſter ait; ex Matth. c.xxv. v.32. *Congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit eas ab invicem, ſicut Paſtor ſegregat oves ab hædis*; non ut regnet *in terris*, ſed in cælis.

b *Quomodo ſecundum .... qui primum*. Al. *in ſecundum .... qui in primum*.

15.

Atqui propheta utroſque adventus ejus paucis verbis comprehendit. *Ecce*, inquit, *in nubibus cæli, ut filius hominis veniens*. non dixit ut *filius Dei*, ſed *filius hominis*, ut

ut oſtenderet, quod carne indui haberet in terra [a], ut ſuſcepta hominis figura, & conditione mortali, doceret homines juſtitiam [b]: & quum mandatis Dei functus, veritatem gentibus revelaſſet, multaretur etiam morte, ut inferos quoque vinceret, ac reſignaret [c], atque ita demum reſurgens, ad patrem proficiſceretur in nube ſublatus,

a *Indui haberet in terra*. Phraſis Lactantio frequens. Bon. Cod. Tò *in terra* non habet; legit autem: *quod carnem indui haberet*.

b *Doceret homines juſtitiam*: Bonon. *Doceret homines, ut oſtenderet hominibus juſtitiam*.

c *Ac reſignaret*: Infra c. XXVI. ſeg. 13. & L. VII. cap. XXII. ſeg. 15. hac eadem phraſi Noſter utitur; ſed diverſo ſenſu, ut ibidem dicemus; heic idem valet ac *patefacere*, & *relaxare*. Vide Cic. *ad Atticum* L. XI. Ep. IX. Plaut. *Trinum.* III. 3. 65.

16.

Adjecit enim propheta, & ait: *Et uſque ad antiquum dierum pervenit, & oblatus eſt ei*. Antiquum dierum appellavit Deum ſummum, cujus ætas, & origigo non poteſt comprehendi, quia ſolus a ſæculis fuit, & erit ſemper in ſæcula,

17.

Chriſtum autem poſt paſſionem, ac reſurrectionem aſcenſurum eſſe ad Deum patrem, David in pſalmo centeſimonono conteſtatus

eſt

eſt his verbis [a]: *Dixit Dominus Domino meo, ſede ad dexteram meam, donec [b] ponam inimicos tuos ſuppedaneum pedum tuorum.* Qui propheta, quum rex eſſet [c], quem appellare Dominum ſuum poſſet, qui ſederet ad dexteram Dei, niſi Chriſtum filium Dei: qui eſt Rex regum, & Dominus Dominorum?

a *His verbis*: Pſal. CIX. v. 1. Al. CVIII.

b *Ad dexteram meam donec* &c. Fallitur ergo Bunem. qui cum aliis legens: *a dextris meis quoaduſque:* inquit: *Sic libri omnes* &c.

c *Quum Rex eſſet*: Bon. *quum reſurrexiſſet*.

18.

Quod Eſaias apertius oſtendit, dicens [a]; *Sic dicit Dominus Deus Chriſto Domino meo, cujus tenui dexteram: Obaudire ante eum gentes faciam [b], & fortitudinem regum diſrumpam [c]. Aperiam ante illum [d] portas, & civitates non claudentur. Ego anteibo, & montes deplanabo [e], & fores æreas conteram, & ſeras ferreas confringam, & dabo tibi the-*

a *Oſtendit dicens*: Iſ. cap. XLV. ℣. 1. Ad literam de Cyro hæc dicta ſunt; Chriſtum Dominum tamen reſpiciunt, cujus ille typus fuit.

b GENTES FACIAM: Bon. ſecundam vocem non habet.

c DISRUMPAM: Bon. *dirrumpam*.

d EGO ANTEIBO; Al. *ante te ibo*: Al. *ante eum*.

e DEPLANABO: Verbum ignoti, ac antiqui interpretis eſt.

theſauros abſconditos & inviſibiles, ut ſcias, quia ego ſum Dominus Deus, qui voco nomen tuum, Deus Iſrael,

19.

Denique ob virtutem, ac fidem, quam Deo exhibuit in terra: *datum eſt ei regnum, & honor, & imperium, & omnes populi, tribus, linguæ ſervient ei, & poteſtas ejus æterna, quæ nunquam tranſibit, & regnum ejus non corrumpetur.*

20.

Quod quidem duobus modis intelligitur, quia & nunc habet perpetuam poteſtatem, quum omnes gentes, & omnes linguæ nomen ejus venerantur, majeſtatem confitentur, doctrinam ſequuntur, virtutem imitantur; habet imperium, atque honorem [a], quum omnes tribus terræ præceptis ejus obtemperant.

a *Imperium, atque honorem*: Al. *habet honorem*.

21.

Et idem poſtea, quum rurſus advenerit in claritate, ac poteſtate [a], ut omnem animam judicet, & juſtos reſtituat ad vitam: tunc ſublato de rebus humanis omni malo, aureum ſæculum (ut poetæ vocant) id eſt juſtum, ac pacificum tempus orietur.

a *In claritate, & majeſtate*: Al. hæc inverſo legunt ordine.

24.

Sed hæc uberius [a] in ultimo libro diſſeremus, quum de ſecundo adventu loquemur: nunc de primo, ut cœpimus, explicemus.

a *Sed hæc uberius*: I. E. de Regno millenario, de quo vide diſſ. xxxii. cap. III. ultimo.

C A P. X I I I.

1.

SUmmus igitur Deus, ac parens omnium, quum religionem ſuam transferre voluiſſet, doctorem juſtitiæ miſit è cælo, ut novis [a] cultoribus novam legem in eo, vel per eum daret: non ſicut ante fecerat per hominem, ſed tamen naſci eum voluit tanquam hominem, ut per omnia ſummo [b] patri ſimilis exiſteret.

a *Ut novis*: Bon. *ut nobis*.

b *ut per omnia ſummo Patri ſimilis exiſteret*: Al. *ſummo Deo Patri*: Non enim, ut inquit Apoſtolus: *rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo; ſed ſemet ipſum exinanivit formam ſervi accipiens in ſimilitudinem hominum factus*. Ad Philip. c. II. v. 6. Tò *ut* valet heic *ita ut*: & ſenſus eſt: Deum patrem miſiſſe filium ſuum ad nos, ſimilem quidem nobis in humana natura, quam aſſumpſit, ita tamen, ut omnino Patri ſimilis remaneret in natura divina, ſicuti declaravimus ſuperius cap. VI.

2.

Ipſe enim pater Deus, & origo, & princi-

cipium *a* rerum, quoniam parentibus caret, ἀπάτωρ atque ἀμήτωρ a Triſmegiſto veriſſime nominatur, quod ex nullo ſit procreatus.

a *Et origo*, *& principium*; Bon. primum & non habet. Nota heic Lactantii eruditionem theologicam, qui in divinis non cauſſæ; ſed ſolius *originis*, & *principii* rationem recognoſcit. Confer cum his, quæ habet cap. XXIX. ſeg. 12.

3.

Icciro etiam filium bis naſci oportuit, ut & ipſe fieret ἀπάτωρ, atque ἀμήτωρ [a]. In prima enim nativitate ſpirituali ἀμήτωρ fuit, quia ſine

a Ut & ipſe fieret ἀμήτωρ, atque ἀπάτωρ: Betulejus, & Walchius paullo ſupra, ubi hæc de æterno Patre dicta ſunt, ea referunt, quæ de Melchiſedecho dicuntur ab Apoſtolo ad Heb. c. VII. a verſ. 1., at ibidem locum non habent, ſed potius heic, quia Chriſti Domini Typum geſſit ille Sacerdos, de quo ubi ſupra Paulus dicit ℣. 3. *Sine Patre*, *ſine Matre*, *ſine genealogia*, *neque initium dierum*, *neque finem vitæ habens*; *ſacerdos in æternum*: Homo quippe erat Melchiſedech, nec genitoribus caruit, ſed divino Spiritu afflatus Moyſes eorum nomina reticuit, ut tropice Chriſti imaginem exprimeret, qui & Sacerdos, & Rex pacis vere erat futurus, & uti homo, patre carere debebat in Terris, quemadmodum matre ab æterno caruerat, uti Deus. Seneca Epiſt. CVIII. Gentilium hanc fuiſſe vanitatem, & quidem affectatam innuit quum ait: *De Servii Matre dubitatur*. *Anci Pater nullus dicitur*. Livius l. IV. c. 3. de eodem Servio, dicit

ſine officio matris, a ſolo Deo patre generatus eſt [b]:

çit, eum natum eſſe ex Cornicularia muliere captiva, Patre nullo. Horat. l. 1. ſerm. Satyr VI. a v. 8.

. . . . . . Perſuades hoc vere tibi:
Ante poteſtatem Tulli, atque ignobile regnum,
Multos ſæpe viros nullis majoribus ortos,
Et vixiſſe probos, magnis & honoribus auctos,

Quæ de Rege, & Sacerdote Melchiſedecho non incongrae exponi poſſunt, qui & Tulli Hoſtilii, & Anci, & Servii, immo & Romuli ipſius ætatem longe anteceſſit.

b Generatus eſt: Al. *genitus eſt*: Al. *progeneratus*.

4.

In ſecunda vero carnali *ἀπάτωρ* fuit, quoniam ſine patris officio, virginali utero [a] procreatus eſt, ut mediam inter Deum, hominemque ſubſtantiam gerens [b], noſtram hanc fragilem, imbecillemque naturam, quaſi manu ad immortalitatem poſſet educere. Fa-

a *Virginali utero*: Heum. *è virginali*.

b *Ut mediam, inter Deum, hominemque ſubſtantiam gerens*: Al. *inter Deum, & hominem*. *Tò ſubſtantiam* mediam inter hominem, & Deum in Chriſto, ne putes poſitam eſſe ad ſignificandam naturam ex divina, & humana ita conflatam, ut Eutyches damnato errore ſuſtinuit; ſed *ſubſtantiam* heic intellige *Perſonam* utriuſque naturæ perfectæ, atque inconfuſæ, donatum proprietatibus, & eſſentia; ita ut vere Deum inter, & hominem mediator eſſet Chriſtus: *Perfectus Deus*

Deus, perfectus homo ex anima rationali, & humana carne ſubſiſtens: ut habetur in Symbolo Athanaſii nomen præſeferente, & ut ſegmento ſequenti dilucide Noſter exponit.

5.

Factus eſt Dei filius per ſpiritum, & hominis per carnem [a], id eſt, & Deus, & homo. Dei virtus in eo ex operibus, quæ fecit, apparuit; fragilitas hominis, ex paſſione, quam pertulit; quam cur ſuſceperit, paullo poſt docebo.

a *Et hominis per carnem*: Scil. *Filius hominis*.

6.

Interim & Deum fuiſſe, & hominem ex utroque genere permiſtum [a], prophetis vaticinantibus diſcimus.

a *Ex utroque genere permixtum*: Deus eſt ſupra omne genus; quare heic pro extremo, ſeu termino compoſitionis ponitur; Chriſtus enim eſt Perſona, quaſi compoſita ex Deo, & homine, ut diximus; *qui licet Deus ſit, & homo, non duo tamen; ſed unus eſt Chriſtus. Unus autem non converſione divinitatis in carnem, ſed aſſumptione humaninatis in Deum. Unus omnino non confuſione ſubſtantiæ, ſed unitate Perſonæ.* Verba ſunt ejuſdem Symboli. Conf. Tertul.; *de Carne Chriſti* Cap. v. *contra Marcion.* Cap. xxvii. Cypr. *Adv. Jud. Cap.* x.

7.

Eſaias Deum fuiſſe teſtatur his verbis [a]: *Fatigata eſt Ægyptus, & negociatio Æthiopum* [b], *& Saba, viri alti* [c] *ad te tranſgredientur, & tui erunt ſervi, & poſt te ambulabunt vincti compedibus, & adorabunt te, & te precabuntur, quoniam in te Deus eſt, & non eſt alius Deus præter te: Tu enim* Deus *es, & neſciebamus, Deus Iſrael ſalvator. Confundentur, & reverebuntur omnes, qui adverſantur tibi; & cadent in confuſionem* [d];

Item

a *Teſtatur his verbis*: Vide Iſaiæ c. XLV. ỿ. 14. ſeq.

b ET NEGOCIATIO ÆTHIOPUM. Al. NATIO ÆTIOPUM: Ex hac Iſaiæ authoritate diſce, quod iſta neque ad litteram de Cyro Rege poſſunt intelligi; quare & ſuperiora ad Chriſtum omnino referenda ſunt.

c ET SABA VIRI ALTI &c. Al. *Sabani*. Al. *Saba*, inter & *Viri*, vel duo puncta, vel punctum, vel comam ponunt. Nos vero cuncta delevimus, nam in noſtra vulgata nihil prorſus interjacet, Legit enim & *Sabaim viri ſublimes*: ex Hebræo autem ad verbum legunt *Interpretes*; *Procerorum virorum menſuræ*: Hocce enim elogio inter cæteros donantur Sabæi, quod ſint proceræ ſtaturæ, & ad negociationes nati; unde Agatharcides l. v. c. 50; Τὰ σώματά ἐςι τῶν κατοικούντων ἀξιολογώτερα: & Chaldæus: *Sabæi viri negociationis*.

d *Et cadent in confuſionem*; Bon. *in confeſſionem*:

8.

Item propheta Hieremias dicit [a]: *Hic Deus noſter eſt ; & non deputabitur alius abſque illo* [b] *; qui invenit omnem viam prudentiæ , & dedit eam Jacob puero ſuo , &* Iſ-

a *Item Propheta Hieremias dicit*: Al pro *dicit*: *ſic ait*: Ex hiſtoria conſtat , Hieremiam Barucho dictaſſe ; quæ ad Populum legere ipſe deinde debuiſſet Baruch ; quare nil mirum ſi Lactantius , aliique ſub Hieremiæ nomine ejus referunt verba . Porro Baruch claro ortus genere ; patre genitus eſt Neria , Avo Maſeja , viris in regione ſua ampliſſimis , ſub Sedecia Rege Juda , cujus anno IV. Babilonem cum Saraja fratre ſuo , ut habetur Jerem. l. 1. v. 59. miſſus eſt , poſtulatus a Nabuchodonoſore , ut vaſa ſacra Babylonem ab ipſo delata , Hieroſolymis redderet . Melchior Canus. l.XII. de *Loc. uſu in Scholaſt. diſp. Cap.*VI. hæc habet de ſcriptis ipſius:*quemadmodum docuimus in lib.* II. *libellum Baruch non adeo exploratæ , & firmiter in ſacrorum numerum Eccleſia repoſuit , ut aut illum eſſe Sacrum , fidei Catholicæ veritas expedita ſit , aut non eſſe ſacrum , hæreſis expedita ſit*: Vide tamen eumdem l. II. c. IX. , & cap. XI. ubi idem Author oſtendit , temerarium , imo & erroneum , ſeu hæreſi proximum eſſe,Baruch e canone SacrarumScripturarum eximere: cæterum quum Concilium Tridentinum eodem prorſus modo librum Baruch in canone Scripturarum expreſſerit , quo alios canonicos libros : idem de eo ac de cæteris judicium ferendum eſt , & Canus corrigendus. Verba heic recitata ſunt ex Baruch. III. v. 36.

b Au-

Iſrael dilecto ſibi: Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus verſatus eſt.

b Absque Illo: Kresbius, & ex eo Walchius hanc veteris interpretis lectionem Lactantio tribuunt, eumque reprehendunt, quoniam ſibi perſuadent Tò *abſque* uſurpatum ab eo eſſe pro *ſine*; ſed errant; nam præpoſitio illa heic valet, ac ſi diceret; *præter illum*, ut bene monet, & exemplis illuſtrat Bunem.

9.

Item David in Pſalmo xliv. [a] *Thronus tuus Deus in ſæcula ſæculorum, virga æquitatis, virga regni tui. Dilexiſti juſtitiam, & odio habuiſti injuſtitiam, propterea unxit te* Deus, *Deus tuus oleo exultationis.* Quo verbo etiam nomen oſtendit. Siquidem (ut ſupra docui) ab unctione appellatus eſt Chriſtus.

a *Pſalmo* xliii. Nempe ℣. 7.

10.

Deinde hominem fuiſſe eundem, Hieremias docet, dicens [a]: *Et homo eſt, & quis co-*

a *Hieremias docet dicens*: Betulejus, aliique, eo duce vel negant, vel dubitant hanc ſententiam eſſe vel Hieremiæ, vel cujuſvis alterius Prophetæ. Fruſtra enim illam quæſierunt in Bibliis, quas ad manus habuerunt; etſi fateantur ſub Hieremiæ nomine etiam ab Epiphanio L. I. contra Ebionitas laudari. At non ſolum Epiphanius; ſed Tertullianus contra Judæos cap. xiv. Idem *de Carne Chriſti* c. xv., & *adverſus Marc. L. III. c. 6.*

cognovit eum? Item Eſaias [b], *Et mittet eis Dominus hominem, & ſalvabit eos, & judicans ſanabit eos*. Sed & Moyſes in Numeris:

S. Ciprianus *L. II. Teſt. cap. x.* S. Auguſt. lib. 18. *de Civit. Dei C.* 33., & *contra Fauſtum L. XIII.* c. 8. S. Jo. Chriſoſt. hom. VIII., quæ eſt *de Turture* S. Paulinus Nolan *Epiſt. IV. ad Seren.* S. Leo Papa *Epiſt.* 97., Cæſarius *Dialogo I. & III.* S. Vigilius Martyr *contra Eutychen* L. I. hunc Hieremiæ locum, ſecundum lectionem Septuaginta, quæ ita ſe habet: *Profundum eſt cor ſuper omnia: & homo eſt, & quis cognoſcet eum?* de Chriſto Domino intellexerunt. Ratio autem verſionum diſcrepantiæ ea eſt, quam S. Hieron. *in Commentariis ad Hieremiam* innuit; ſcil. quod verbum Hæbraicum *Enoſc*, id eſt *homo*, proximum eſt *Anuſc*; quod ſignificat *inſcrutabile*; Ideoque diverſimode illud legentes, diverſo etiam modo interpretati ſunt. Locus vero heic laudatus eſt Hierem. cap. XVII ℣. 9. ubi videndus S. Hieuonym. qui ibidem ait: *Si autem de Salvatore dicitur: videns cogitationes eorum Jeſus, nulluſque poteſt videre cogitationes eorum, niſi ſolus Deus: ergo Chriſtus Deus eſt, qui ſcrutatur corda* &c. Paullo enim infra legitur: *Ubi eſt Verbum Domini? veniat*.

b *Item Eſajas*: Verba ſub Iſajæ nomine hæic a Lactantio relata nuſquam In Sacrarum Scripturarum libris, ſe reperiſſe aſſeruerunt Betulejus, Gallæus, Cellarius, & Human; Attamen Iſæus, & poſt ipſum Spark., & Bunem. viderunt, laudatam ſententiam apud LXX. eſſe Iſai c. XIX. ℣. 20. ubi legitur, quemadmodum in noſtro Cod. *Et mittet eis Dominus hominem, qui* &c. Quem locum reſtitui ſuæ lectioni curavimus, ut ante nos fecerat etiam Bunem. ex Ms. Tau-

ris *c* ita loquitur : *Orietur ſtella ex Jacob , & exurget homo ex Iſrael .*

Taurinenſi. Walchius autem *Hæc ipſa verba* ait *non reperiri poſſunt ; ſenteutia eorum eſt cap. XIX. v. 20. Eſat.* vide ad cap. XLIV. Epitom. ſeg. *6.*

c *Moyſes in Numeris* Nempe cap. XXIV. ℣. 17.

11.

Propterea Mileſius Apollo *a* conſultus utrum ne Deus , an homo fuerit , hoc modo reſpondit :

> Θνητὸς ἦν κατὰ σάρκα , σοφὸς τερατώδεσιν ἔργοις .
> Ἀλλ᾽ ὑπὸ χαλδαίων κριτῶν ὅπλοις σηναλωθεὶς ,
> Γόμφοις καὶ σκολόπεσσι πικρὴν ἀνέτλησε τελευτήν .

a *Mileſius Apollo* : De hoc Apollinis Oraculo prope Miletum diximus Diſſ. XL. cap. I. §. I. verba carminum ipſius heic laudata ſic latine verſa ſunt ab antiquis interpretibus , & ad oram quorundam Codicum Mss. exarata :

> *Mortalis erat (Al. eram) ſecundum carnem ſapiens portentificis operibus*

Al. *prodigioſis operibus* . Al. *miraculoſis* .

> *Sed ſub Judicibus Chaldæis armis comprehenſus*

Al. *captus armis* :

> *Clavis , & cruce amarum tolleravi finem .*

Al. .... *Et palo amaram mortem toleravi .*

12.

Primo verſu verum quidem dixit , ſed argute

gute conſultorem feſellit, ſacramentum veritatis penitus neſcintem. Videtur enim negaſſe illum Deum: ſed quum fatetur ſecundum carnem [a] fuiſſe mortalem, quod etiam nos prædicamus, conſequens eſt, ut ſecundum ſpiritum Deus fuerit, quod nos affirmamus.

a *Secundum carnem*: I. E. *prout homo*.

13.

Quid enim fuerat neceſſe carnis facere mentionem? quum ſatis eſſet dicere, fuiſſe mortalem. Sed veritate preſſus [a] negare non potuit quemadmodum res ſe haberet, ſicut illud, quod ait, *fuiſſe ſapientem*.

a *Veritate preſſus*. Al. *praeſſus*.

14.

Quid ad hoc Apollo reſpondes? Si ſapiens eſt, ergo doctrina ejus ſapientia eſt, nec ulla alia [a]: & ſapientes, qui ſequuntur, nulli alii. Cur igitur vulgo pro ſtultis, & vanis, & ineptis habemur, qui ſectamur magiſtrum, etiam ipſorum deorum confeſſione ſapientem?

a *Nec ulla alia*; Al. ſtatim addunt: *ſapientia*.

15.

Nam quod ait, *portentifica* illum opera feciſſe [a], quo maxime divinitatis fidem meruit,

a *Portentifica illum opera feciſſe*: Walchius hanc vo-

ruit, aſſentiri nobis jam videtur, quum dicit ea, quibus [b] nos gloriamur. Sed colligit ſe tamen, & ad dæmoniacas fraudes redit.

vocem iterum raram vocat, ut facerat ad L.II.c.XIII. Ea tamen uſus eſt antiquus Iterpres ex Græca lectione, quæ portentum, non prodigium ſonat.

b *Quum dicit ea, quibus*: Al. *eadem quibus*.

16.

Quum enim verum neceſſitate dixiſſet, jam deorum, ac ſui proditor videbatur; niſi quod ab eo veritas expreſſerat [a], mendacio fallente celaſſet [b]. Ait ergo, illum feciſſe quidem [c] opera miranda, verum non divina virtute, ſed magica [d].

a *Veritas expreſſerat*. Al. *extorſerat*. Nobiſcum etiam Schottus legit, & Aldus.

b *Celaſſet*: Bon. *curaſſet*: Forte *celare curaſſet*.

c *Illum feciſſe quidem* Tò *quidem* non omnes habent.

d *Non divina virtute*; *ſed magica*. Infra ad c.XV. ſeg. 1., & 4. L. V. c. III. ſeg. 9. fuſe, ac ſerio refutatur hæc diaboli, ac quorumdam Ethnicorum, & Hebræorum evaſio.

17.

Quid mirum, ſi hoc Apollo veritatem ignorantibus perſuaſit, cum Judæi quoque cultores (ut videbantur) ſummi Dei, hoc idem putaverint [a]? quum ante oculos eorum quotidie

a *Hoc idem putaverint*: Vide apud Matth. c.XII., &

tidie fierent illa miracula, quæ eis prophetæ Cæleſti potentia futura eſſe prædixerant [b]. Nec tamen tantarum virtutum contemplatione impelli potuerunt, ut Deum crederent, quem videbant.

& Marc. c. III. & Luc. XI. Al. *hoc* prætermittunt.

b *Quæ eis Prophetæ, cæleſti potentia futura eſſe prædixerant*: Reſtituta hæc jamdiu fuerant etiam a Tomaſio, Iſæo, & Aldo. Al. hæc omiſeruut, & a quibus afferuntur, abſunt *Cæleſti potentia .... eſſe*.

18.

Propterea David, quem præter cæteros [a] prophetas vel maxime legunt, in Pſalm. XXVII. ſic eos damnat: *Redde illis retributionem eorum, quoniam non intellexerunt in operibus Domini* [b]. Ex hujus ipſius domo Chriſtum generatum [c] iri ſecundum carnem, & ipſe David, & alii prophetæ annuntiaverunt.

Apud

a *Proptorea David, quem præter cæteros* &c. Bon. *Præterea* &c. Al. *quem inter cæteros*. Walch. hanc lectionem cum Sparkio approbat; quam etiam defendit Heum. ſed in primis Sparkii Mss. nobiſcum legunt; nec ratio ulla eſt quare Lactantius addere debuerit *inter Prophetas* legi etiam David ab Hebræis, qui eum Regem Prophetam appellant. Potius ergo *præter cæteros* legendum eſt; ſcil. *præ cæteris*; nam in eo omnia pene divina oracula ſe reperire poſſe putant etiamnum quamplurimi Hebræorum Rabbini.

b *Non intellexerunt in operibus Domini*. Sic etiam Aldus. Al. *opera Domini*.

c *In Pſalmo* XXVII. Nempe ℣. 4. ſeq. Al. XXVIII. ℣. 4.

19.

Apud Eſaiam[a] ita ſcriptum eſt: *Et erit in illa die radix* [b] *Jeſſe; & qui exurget principari in nationibus;* [b] *in eum gentem ſperabunt, & erit requies ejus in honore*. Et alio loco[c].

a *Apud Eſaiam* cap.xi. ℣. 10. ſeq.
b *Principari in nationibus*. Al. *principari nationibus*. Al. *in nationes*.
c *Et alio loco*: Scilicet ibidem ℣. 1. ſeq.

20.

Exiet virga de radice Jeſſæ, & flos de radice ejus aſcendet, & requieſcet ſuper eum ſpiritus Dei, *ſpiritus ſapientiæ, & intellectus, ſpiritus conſilii, & fortitudinis, ſpiritus pietatis, & implebit eum ſpiritus timoris* Domini[a].

a *Implebit eum Spiritus timoris Domini*: Hæc duo poſtrema verba abſunt a noſtro Bon. Ms. Cod.

21.

Jeſſe autem fuit pater David, ex cujus radice aſcenſurum eſſe florem, prælocutus eſt, eum ſcilicet, de quo Sibylla dicit[a],

Ἀνθήσει δ᾽ ἄνθος καθαρὸν.

Item

a *De quo Sibylla dicit*: Græca verba abſunt a noſtro Cod., & in aliis etiam nonnullis ea deſiderari novimus, quæ ab eodem antiquo interprete ſic latine ſunt reddita:

Flo-

Floreſcet autem flos purus:
Et ſic legitur in Carm. Sybyl. Serm. VI. ℣. 8. p.650. in edit. Gallæana.

22.

Item in *βασιλειῶν* libro ſecundo *a*, Propheta Nathan miſſus eſt ad David volentem Deo templum fabricare [b]; & fuit verbum Domini ad Nathan dicens: *Vade & dic ſervo meo* David: *Hæc dicit Dominus omnipotens: Non tu ædificabis mihi domum ad inhabitandum, ſed quum impleti fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, ſuſcitabo ſemen tuum poſt te, & parabo Regnum ejus c.*

a *Item* &c. ut in Lib. II. *βασιλειῶν* I. E. II. Reg. cap. VII. ℣. 4.

b *Templum fabricare*. Al. *ædificare*. Nota heic Templum ſimul ſumi pro ædificio, Deo ad honorem, & gloriam ſui nomieis dicando; ac pro Eccleſia, & Myſtico Chriſt. Corpore, ut paulio ſupra diximus, & infra magis patebit ſeg. 26.

c *Et parabo regnum ejus*. Al. *ſemen ejus*.

23.

Hic ædificabit domum in nomine meo, & erigam thronum ejus uſque in ſæculum [a]; *& ego ero ei in patrem, & ipſe erit mihi in filium, & fidem conſequetur domus ejus, & regnnm ejus uſque in ſæculum.*

Sed

a *Hic ædificabit*. Al: ſtatim addunt *mihi*.

24.

Sed hæc, ut Judæi non intelligerent, illa fuit cauſſa, quod Solomon filius David, Deo templum ædificavit, & civitatem, quam de ſuo nomine Hieroſolyma nuncupavit [a]. Itaque ad ipſum, quæ a propheta dicta ſunt, retulerunt. Solomon autem ab ipſo patre ſuo imperii regimen accepit.

Pro-

---

a *Quam de ſuo nomine Hieroſolyma nuncupavit*: Erroris heic Lactantium noſtrum poſtulant commentariorum Scriptores, quia nec Salomonem eam ædificaſſe nec nomen eidem civitati dediſſe oſtendunt ex eo, quod ante quam Reges Hebræorum Urbem illam incolerent, jam extructa, & ſic appellata erat. Cæterum res non adeo expedita eſt, ut Lactantium erraſſe ſtatim dici debeat; nam quamvis Urbs illa, de qua loquimur, diu ante Salomonem ædificata fuerit a Malchiſedecho; & *Salem* prius, deinde *Jeruſalem*, Græcis autem *Solyma*, nuncupata ſit; attamen, certum eſt, Jebuſæis ſub Davide expulſis, Salomonem, eam uſque ad montem Sion ampliaſſe, ibidem non ſolum Templum, verum etiam ſibi, & uxori ſuæ palatia ampliſſima coſtruxiſſe, urbemque totam mœnibus, ac munitionibus per circuitum cinxiſſe, ut patet III. Regum a Capite VII. ad X. Notandum inſuper eſt, locum, ſeu potius, ſpatium, in quo hæc ædificia conſtructa ſunt, vetus nomen non retinuiſſe, ut patet ex III. Reg. c. IX. v. 24. ubi dicitur de uxore Salomonis: *Filia autem Pharaonis aſcendit de Civitate David in domum ſuam, quam ædificaverat ei Salomon* &c. ex quibus eorum opinio fundamentum habet, qui

qui putant a latinis Hieroſolymam eam dictam eſſe ex Græco *ἱερὸν* & Hebraico *Solomonis* uno conflato vocabulo, quo *Templum*, ſeu *Domus Salomonis* appellaretur. Vel ſaltem dicunt *Vrbem Salomonis*, quemadmodum antiquam Hieruſalem, *Vrbem David*, appellatam fuiſſe. Vide Polygraph. Sacram in verbo Hieruſalem.

25.

Prophetæ vero de eo loquebantur, qui tum naſceretur, poſtquam David cum patribus ſuis requieviſſet. Præterea [a] Solomonis imperium perpetuum non fuit: annis enim XL. regnavit.

a *Præterea*. Al. *Propterea*.

26.

Deinde quod [a] nunquam filius Dei dictus eſt, ſed filius David [b]: & domus, quam ædificavit, non eſt fidem conſecuta, ſicut eccleſia, quæ eſt verum templum Dei, quod non in parietibus eſt, ſed in corde, ac fide hominum, qui credunt in eum, ac vocantur fideles [c]. Illud vero Solomonium templum, quia manu factum eſt, manu cecidit.

a *Deinde quod*. Al. *Secundam vocem omitendam putant* cum Heum.

b *Dictus eſt*; *ſed filius David*; Bon. *dictus eſt*; *ſed fuit David*.

c *Vocantur Fideles*. Vide L. V. 1. 26. L. VII. XVIII. 2.

27.

Denique pater ejus in Pſalmo cxxvi. [a] De operibus filii ſui prophetavit hoc modo: *Si Dominus non ædificaverit domum, in vanum laboraverunt, qui illam ædificaverunt. Si Dominus non cuſtodierit civitatem, in vanum vigilavit, qui eam cuſtodivit.*

a In Pſalmo cxxvi. ℣. v.

CAP. XIV.

1.

QUibus ex rebus apparet, Prophetas omnes [a] denuntiaſſe de Chriſto; fore aliquando, ut ex genere David corporaliter natus conſtitueret æternum templum Deo, quod appellatur Eccleſia, & univerſas gentes ad religionem Dei veram convocaret.

a *Prophætas omnes &c.* Benedictus de Spinoza hoc argumento preſſus, prophetarum effata obſcura eſſe contendit, ac proinde nihil ex his certi de Chriſto Domino erui poſſe, ſtulte concludit. Porphyrius vero, quia nimis clara ea eſſe fatebatur, nec negari id poſſe integra fronre noviſſet, ea non ante, ſed poſt quam res evenerant, addita eſſe, temere aſſeruit. Adverſus utrumque egimus diſs. xxix. cap. 1.

2.

Hæc eſt domus fidelis, hoc immortale tem-

templum, in quo ſi quis non ſacrificaverit, immortalitatis præmium non habebit.

3.

Cujus templi & magni, & æterni quoniam Chriſtus fabricator fuit, idem neceſſe eſt [a], habeat in eo ſacerdotium ſempiternum. Nec poteſt niſi per eum, qui conſtituit, ad templum, & ad conſpectum Dei perveniri [b].

a *Idem neceſſe eſt habeat in eo Sacerdotium æternum* S. Cyprianus L. I. contra Judæos cap. XIII. eadem fere docuit, & ex præmiſſis authoritatibus rite deduxit.

b *Nec poteſt niſi per eum, qui conſtituit, ad Templum, & ad conſpectum Dei perveniri* Al. *qui templum conſtituit*, *quod Templum &c.* Al. pro *ad Templum* mutant *ad adytum Templi*: Gallæus autem: *Notent*, inquit, *hæc Papiſtæ adverſus ſanctorum interceſſionem*: At hujuſmodi conſiliis nihil opus erat; nam Apoſtolo docente didicimus, *unum eſſe mediatorem Dei*, *& hominum Chriſtum Jeſum*: Ep. I. ad Timoth. c. II. v. 5. Speramus tamen, ſanctos per mediatorem iſtum, & per ejus merita nobis gratiam, & beneficia impetrare poſſe, ſecundum illud ad Hebr. C.II. ℣ 11. *Qui enim ſanctificat*, *& qui ſanctificantur ex uno omnes*. *Propter quam cauſſam non confunditur fratres eos vocare &c.* quos alibi etiam amicos appellare dignatus eſt. Vide diſs XXXV. cap. III. §. IX.

4.

David in Pſalmo CIX. id ipſum docet dicens [a]: *Ante luciferum genui te. Juravit Dominus*

a *Docet dicens*: Pſal. CIX. ℣. 4. ſeq. b *Jo-*

minus [b] , *& non pœnitebit eum : tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech* [c]

b *Juravit Dominus* : Bon. *Juravit Deus* .
c *Secundum ordinem Melchiſedech* : Abſunt hæc a Bonon. Ms. Cod.

5.

Item in *βασιλειῶν* [a] lib. primo : *Et ſuſcitabo mihi Sacerdotem fidelem , qui omnia, quæ ſunt in corde meo , faciat : & ædificabo ei domum fidelem, & tranſibit in conſpectu meo omnibus diebus* .

a *Item in βασιλειῶν* : Bon. *in Baſilion* : I. E. I. Reg. cap. II. ℣. 35.

6.

Quis autem futurus eſſet, cui Deus æternum ſacerdotium pollicebatur , Zacharias etiam nomine poſito, apertiſſime docuit . Sic enim dixit [a] : *Et oſtendit mihi Dominus Jeſum* [b] *Sacerdotem magnum ſtantem ante faciem*

a *Sic enim dixit* : Zachar. III. ℣. I. Hæc verba non habentur in Bon.
b *Et oſtendit mihi Dominus Jeſum* : Al. *Dominus Deus Jeſum* . Hæc ad litteram dicta ſunt de Jeſu Joſedechi filio Sacerdote Magno , cui id vitio datum eſt , quod vel ipſe duxerit , vel filiis ſuis permiſerit in captivitate Babilonica ex alienigenis uxorem ducere . Vide S.Hieronym. ad Zach. *L.* c. ubi etiam obſervat ad ℣. 8.

ciem Angeli Domini, & diabolus ſtabat ad dextram ipſius, ut contradiceret ei [c].

℣. 8. non omnia æque de Jeſu Chriſto explicari poſſe, quæ heic dicuntur. Quare confer Origen. *Hom.* IX. *in Levit.*, & XIV. *in Luc.* Juſtin. *In Dialog. cum Tryph.* Tertul. *contra Judæos*. Fin. Ambr. *De Fide L. III. c.* IV. Chryſoſt. Hom. in Matth. pluries. S. Gregor. M. L. II. Mor. cap. XX. Hi enim omnes de Reparatore noſtro illa figurate dicta ſapienter exponunt infra ſeg. 13. 14.

c *Ut contradiceret*. Al. *ut adverſaretur*. Aldus nobiſcum legit.

7.

Et dixit Dominus ad diabolum, imperet Dominus [a] *in te, qui eligit Hieruſalem, & ecce Titio abjectus* [b] *ab igne, & Jeſus erat indutus veſtimentis ſordidis, & ſtabat ante faciem Angeli, & reſpondit, & dixit ad circumſtantes ante faciem ipſius dicens:*

a *Imperet Dominus in te*. Al. *increpet tibi Dominus in te*. Al. *Dominus vitæ*.

b *Abjectus*: Al. ejectus.

8.

Auferte [a] *veſtimenta ſordida ab eo, & induite eum tunicam talarem, & imponite* [b] *cydarim mundam ſuper caput ipſius, & cooperuerunt* [c] *eum veſtimento, & impoſuerunt cyda-*

a *Auferte*. Al. *ferte* &c.

b *Tunicam talarem, & imponite* &c. Al. *tunica talari, & ponite*.

c *Et cooperuerunt* &c. quæ ſequuntur uſque ad: *& angelus* omiſſa ſunt ab amanuenſi noſtro.

cydarim mundam ſuper caput ejus: & Angelus Domini ſtabat, & teſtificabatur, ad Jeſum dicens:

9.

Hæc dicit Dominus Omnipotens, ſi in viis meis ambulaveris, & præcepta mea ſervaveris, tu judicabis domum meam, & dabo tibi, qui converſentur in medio horum circumſtantium. Audi itaque Jeſu Sacerdos magne [a]:

a *Jeſu Sacerdos magne*: Bon. *Juſus Sacerdos magnæ*.

10.

Quis non igitur captos mentibus tum fuiſſe Judæos arbitretur, qui quum hæc legerent, & audirent, nefandas manus [a] Deo ſuo intulerunt?

a *Nefandas manus*: Sic etiam Aldus Al. addunt *ſuas*.

11.

Atqui [a] ab eo tempore, quo Zacharias fuit, uſque ad annum quintumdecimum [b] imperii Tiberii Cæſaris, quo Chriſtus crucifixus eſt, prope anni quingenti [c] numerantur, ſi-

a *Atqui*: Bon. *Adquin*.
b *Vſque ad annum quinctum decimum &c.* Vide ſupra cap. x. ſeg. 18.
c *Prope anni quingenti*: Sic etiam Aldus. Al. Tò prope non habent. d *Da-*

ſiquidem Darii, & Alexandri [d] adolevit ætate, qui fuerunt non multo poſt [e] quam Tarquinius Superbus exactus eſt.

d *Darii, & Alexandri.* Vide diſſ. XXII. c. II. §. VII.
e *Non multo poſt.* Al. *non multo prius.* Vide diſſ. proxime indicatam.

12.

Sed illi rurſus eodem modo falſi, deceptique ſunt, putantes hæc de Jeſu dicta filio Nave, qui ſucceſſor fuit Moyſi: aut de Sacerdote Jeſu filio Joſedech [a], in quos nihil congruit eorum, quæ Propheta narravit.

a *Filio Joſedech.* Bon. *filio Jeſſei.*

13.

Non enim ſordidati illi unquam fuerunt, quum alter eorum potentiſſimus princeps fuiſſet [a], alter Sacerdos; aut perpeſſi ſunt aliquid adverſi, ut, tanquam Titio ejectus ex igne, putarentur. Aut aliquando in conſpectu Dei, & Angelorum ſteterunt; aut Propheta de præteritis loquebatur potius, quam de futuris.

a *Potentiſſimus princeps fuiſſet.* Al. *princeps potentiſſimus fuerit.* Aldus etiam legit fuiſſet.

14.

Locutus eſt igitur de Jeſu filio Dei, ut oſtenderet, eum primo in humilitate, &

carne venturum [a]. Hæc enim eſt veſtis ſordida, ut pararet templum Deo: & ſicut Titio igni amburereturs [b], id eſt ab hominibus cruciamenta [c] perferret, & ad ultimum extingueretur. Titionem enim vulgus appellat extractum foco torrem ſemiuſtum extinctum.

a *In humilitate, & carne venturum*. Al. *eſſe venturum*.

b *Amburerctur*. Al. *comburcretur*.

c *Cruciamenta*: Vocem hanc non adeo frequentem eſſe apud bonos obſervavit Walchius; latinam tamen eſſe Cicero XI. Philip. 8., & Plaut. Aſin. II. II. 81. eam uſurpando demonſtrant.

15.

Quomodo autem, & cum quibus mandatis a Deo mitteretur in terram, declaravit Spiritus Dei per Prophetam [a]; docens futurum, ut quum voluntatem ſummi Patris fideliter, & conſtanter [b] impleſſet, acciperet judicium, atque imperium ſempiternum.

a *Declaravit Spiritus Dei per prophetas*. Vide Geret. p. 45. 33. En aliud de Spiritu Sancto apertiſſimum teſtimonium. Imo de Trinitate.

b *Fideliter, & conſtanter impleſſet*. Al. *implevíſſet*. Reſpicit ad orationem Chriſti Domini, quam ad Patrem fudit antequam in hortum olivarum veniret, de qua Johan. XVII. ℣. 4. *Opus conſummavi, quod dediſti mihi, ut faciam* &c.

16.

Si in viis meis, inquit, *ambulaveris*, & *præ-*

præcepta mea ſervaveris, tu judicabis domum meum. Quæ fuerint viæ Dei, & quæ præcepta ejus, nec ambiguum, nec obſcurum eſt [a].

a *Nec ambiguum, nec obſcurum eſt*. Scriptum enim eſt. Pſal. cxviii ℣. 151. *Omnes viæ tuæ veritas*.

17.

Deus enim, quum videret malitiam, & falſorum deorum cultus per orbem terræ [a] invaluiſſe, ut jam nomen ejus ex hominum memoria [b] fuiſſet pene ſublatum (ſiquidem Judæi quoque, quibus ſolis arcanum Dei creditum fuerat, relicto Deo vivo, ad colenda figmenta, irretiti dæmonum fraudibus aberraſſent, nec increpiti [c] per Prophetas reverti ad Deum vellent) filium ſuum [d] legavit ad homines, ut eos converteret ab impiis, & vanis cultibus, ad cognoſcendum & colendum Deum verum: item ut eorum mentes a ſtultitia ad ſapientiam, ab iniquitate ad juſtitiæ opera traduceret.

Hæ

a *Per orbem terræ*: *Duæ primæ voces* in Bon. Cod. deſiderantur.

b *Ex hominum memoria*. Al. *ex memoria hominum* quam lectionem prætulit noſtræ Bunem.

c *Nec increpiti*. Al. *increpati*.

d *Filium ſuum*. Al. ſtatim addunt, *principem Angelo-*

gelorum,quas voces ab Arianorum aliquo additas putavit Tomaſſius ; quamquam etiam in ſenſu catholico exponi poſſunt ; ut bene notavit Iſæus . Eas etiam Aldus delevit . Nec Schottus reſtituit .

18.

Hæ ſunt viæ Dei , in quibus ambulare eum præcipit. Hæc præcepta , quæ ſervanda mandavit . Ille vero exhibuit Deo fidem [a] : docuit enim , quod unus Deus ſit , eumque ſolum coli oportere; nec unquam ſe ipſe Deum dixit [b] : quia non ſervaſſet fidem , ſi miſſus , ut deos tolleret , & unum aſſereret , induceret alium , præter unum .

a *Exhibuit Deo fidem* . I. E. *implevit* , *ſervavit* : quod ſtatim oſtendit .

b *Nec umquam ſe ipſe Deum dixit* : Hoc falſiſſimum eſt , inquit Gallæus , cui non ſolum Walchius ; ſed Cellarius , Heum., & Bunem ſubſcripſiſſe videntur , & ex noſtris Huetius , qui *Demonſtr. Evang. Prop: ix.* cap. xxv. n.v. expendens illud Joh. x. ℣.30. *Ego , & pater unum ſumus* &c. Inquit : *Ex his quoque Jeſu , Judæorumque apud Johannem verbis , manifeſtus eſt Lactantii error , qui Jeſum nunquam ſe ipſum Deum dixiſſe auſus eſt aſſeverare* . Hoc vero *præcipitare ſententiam* mihi eſſe videtur ; nam ex immediate ſequentibus apparet , Noſtrum nihil aliud heic voluiſſe , niſi oſtendere , quod Chriſtus Dominus nunquam ſe ipſe Deum ita dixit , ut Deitatem a Patris ſui natura diſtinctam ſe habere videretur , ne Deum alium induceret *præter unum* , *ac ſe ab eo , quem illuſtraturus venerat , ſepararet* . Quod cum eo coin-

coincidit quod idem Chriſtus dixerat: *Ego & pater unum ſumus*. Unum unitate ſubſtantiæ; non unitate perſonæ. Vide heic Sparkium ſtrenue Lactantium vindicantem.

19.

Hoc erat, non de uno Deo facere præconium, nec ejus, qui miſerat, ſed ſuum proprium negotium gerere, ac ſe ab eo, quem illuſtraturus venerat [a], ſeparare.

a *Illuſtraturus venerat*. Al. *illuſtratum*.

20.

Propterea quia tam fidelis extitit, quia ſibi nihil prorſus aſſumpſit [a], ut mandata mittentis impleret: & Sacerdotis perpetui dignitatem, & regis ſummi honorem, & judicis poteſtatem, & Dei nomen accepit [b].

C.XV.

a *Quia ſibi nihil prorſus aſſumpſit* &c. Reſpicit ad ea, quæ Chriſtus dixit apud Joh. XIV. ℣. 10. *Verba quæ ego loquor, a me ipſo non loquor. Pater autem in me manens, ipſe facit opera.*

b *Et Dei nomen accepit* Reſpicit ad ea, que habentur cap. II. ad Philipp. ℣. 9. *Propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen; ut in nomine JESU omne genuflectatur* &c.

CAP. XV.

1.

QUoniam de ſecunda nativitate diximus, [a] qua ſe hominibus in carne monſtravit, veniamus ad opera illa miranda[b], per quæ quum eſſent cæleſtis indicia virtutis, magum eum Judæi putaverunt [c].

a *De ſecunda nativitate diximus*. Schottus: *de ſecunda nativitate Dei* &c.

b *Per quæ, quum eſſent* &c. Bon. & alii plerique: *quæ* omiſſa præpoſitione; Bun. *perque quum eſſent ea* &c. Lego cum uno Vatican. alioque Barbarino Mss. Codd. Sæc. XIV.

c *Magum eum Judæi putaverunt.* Al. *magnum.* Vide infra ſeg. 4.

2.

Quum primum cœpit adoleſcere [a], tinctus eſt,

a *Quum primum cœpit adoleſcere*. Aliquando putabam legendum eſſe: *cœpit inclareſcere*; ſed reclamantibus tam Mss., quam typis editis libris; qui conſtanter legunt *adoleſcere*, cum Betulejo, aliiſque, erraſſe heic Lactantium, cenſendum mihi videbatur. At quoniam idem Lactantius Conſtantinum XXX. natum annis modo juvenem, modo adoleſcentem appellat; jam apud ipſum etiam verbum *adoleſco* idem fere ſignificare arbitror, quod apud Plinium L. VIII. cap. XLVII. *Juveneſcere*; & apud Horatium *Art. Poet.*

eſt [b] ab Johanne Propheta [c] in Jordane flumine, ut lavacro ſpiritali peccata non ſua [d], quæ utique non habebat, ſed carnis, quam geſtabat [e] ablueret [f]: ut quemadmodum Judæos ſuſcepta circumciſione, ſic etiam gentes baptiſmo, ideſt purifici roris perfuſione [g] ſalvaret.

Tunc

Poet. ℣. 246. *Juvenari*: Quod eo mihi fit credibilius ex his, quæ apud alios leguntur. Nam Lucretius L. III. ℣. 450. hoc eodem ſenſu dixit;

Inde ubi robuſtis adoleverit viribus ætas:

& Virgil. æn. XII. a ℣. 436. de puero Aſcanio ſic loquitur:

. . . . Nunc te mea dextera bello
Defenſum dedit, & magna inter præmia ducet.
Tu facito mox quum matura adoleverit ætas.

Adde ea, quæ a nobis annotata ſunt ad cap. I. Lib. I. ſeg. 14.; & confer loca ibidem indicata.

b *Tinctus eſt*: Hac phraſi veteres Chriſtiani baptiſmum recipere ſignificabant.

c *Ab Joanne propheta*. Alludit ad illud Zachariæ Sacerdotis apud Luc. cap. I. v. 76. *Et tu puer propheta Altiſſimi vocaberis* &c.

d *Peccata non ſua*: Bon. *peccata ſua*. Nota Lector quantæ ignorantiæ tenebris noſter Amanuenſis librarius obcæcatus fuerit.

e *Quam geſtabat*. Al. *gerebat*: Al. *habebat*.

f *Ablueret*. Al. *aboleret*.

g *Purifici roris perfuſione*. Al. *purificati roris*. Vide diſſ. XXI. §. I. ſuo loco. Heic obſervant Betulejus, Iſæus, Gallæus, aliique deduci poſſe ex his Lactantii verbis, in primitiva Eccleſia obtinuiſſe, ut bapti-

ptizandi aqua perfunderentur. Sed nota hoc fieri conſueviſſe ob numerum candidatorum, quo decreſcente per immerſionem, ut plurimum tingebantur, utpote quæ Chriſti ſepulturam propius repreſentaret; ſecundum illud Apoſtoli ad Rom.VI. v.4. *Quicumque baptizati ſamus in Chriſtu Jeſu, in morte ipſius baptizati ſumus: conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem*. Iccirco Venantius Fortunat. *in carmine de Paſcha* olim Lactantii nomine vulgato v. 91. dicit.

Candidus egreditur nitidis exercitus undis,
Atque vetus vitium purgat in amne novo.

De ſimilitudine, vero baptiſmum inter & circumciſionem, de qua heic Lactantius per tranſennam locutus eſt, vide diſſ. XXXV. cap. II. §. 11.

3.

Tunc vox audita de cœlo eſt [a] *Filius meus es tu* [b]: *ego hodie genui te*. Quæ vox apud David prædicta invenitur, & deſcendit ſuper eum

a *Tum vox audita de Cælo eſt*. Al. *Tunc* &c. Al. *Tunc hæc vox* &c. Quam quidem etiam ab eis qui ad Johannem venerant, auditam fuiſſe, credendum eſt; nam id poſtrema illa verba oſtendunt: *ipſum audite*. Luc. III. 22.

b *Filius meus es tu* &c. S.Matth., & S.Lucas, uterque cap. III. ſui Evang. non hæc Pſalmi ſecundi verba recitant, ſed iſta: *Hic eſt filius meus dilectus, in quo complacui mihi*. Apoſtolus autem Paulus in Epiſt. ad Heb. c.1., & v. verſ. 5. hunc eundem a Lactantio laudatum locum allegat; ea ſcilicet ratione, ut oſtendat etiam hoc teſtimonium, & præviſum fuiſſe, & indicatum a Propheta David.

c *In*

eum ſpiritus Dei, formatus in ſpeciem columbæ candidæ c.

c *In ſpeciem Columbæ candidæ*: Bunem. notat heic, naſutum Celſum hanc hiſtoriam exagitantem, fuiſſe ab Origene refutatum. Secundo Lactantium imitantem Sibyllam, obſervatum, a Fabricio Bibl. Græc. Tom. I. cap. XXXIII. Demum quod Majus F. in *Obſerv. Sacr. ad Lucæ caput III.* Author eſt, Spiritum Sanctum non formatum in ſpeciem, ſed, ſicut Columbam, leni lapſu deſcendiſſe; provocans ad diſput. Varennii *de Columba ſuper Capite Chriſti in Jordane viſa*. Cave tamen ab hiſce recentiorum placitis, indignum aſſerentibus, quod Spiritus Sanctus animalis ſpecie ſe conſpicuum exhibuerit; nam Matth. III. v. 16. Marc. I. v. 10. Lucæ III. v. 22. maniſeſtiſſime id traditur, & a Patribus omnibus, id fatente Grotio, confirmatur. Nec Myſterio caret, nam ſi Columbarum proprietates ſpectes, recte Spiritus Sancti dona in illis adumbrata reperies. Vide Boch. *de Animal.* parte II. L. I. cap. VI., & expoſitores ad LL. CC. Geret hinc Santiſſimæ Trinitatis myſterium Lactantium docuiſſe eruit pag. 46.

4.

Exinde maximas virtutes cœpit operari, non præſtigiis magicis, quæ nihil veri, ac ſolidi oſtentant a, ſed vi ac poteſtate cæleſti, quæ

a *Non præſtigiis magicis*. Non ſolum Judæi Chriſtum Dominum commenti ſunt vi Dæmonis patrare prodigia, ut habetur Marc. III. ℣. 22. Joh. VII. 20. & VIII. 48. Verum etiam quoſdam ex Gentilibus, ut

quæ jampridem [b] Prophetis nuntiantibus canebantur.

ut de Celſo patet ex Origen. L. 1., & II. & contra eundem. Ex D. Auguſt. *Serm. XI. in Matth. & de Conſ. Evangeliſt.* Ex Euſebio *Demonſtr. Evan.* L. III. cap. III., idem affirmaſſe conſtat. Rabbini recentiores, & Thalmudiſtæ convicti eo argumentorum genere, quo idem Chriſtus patres illorum redargueràt apud Matth. XII. a ℣. 25. non magicis artibus dicunt eum uſum fuiſſe ad mirifica edenda miracula, ſed nomine JEHOVA, quod in Templum furtim ingreſſus, e ſacrario ſurripuit. Et ſic, coecorum præliantium ritu, ſe mutuo conficiunt, nec vident in quanta iniquitate, ac errore verſentur.

b *Jampridem*. Al. *etiam pridem*.

5.

Quæ opera tam multa ſunt, ut unus liber [a] ad complectenda omnia ſatis non ſit. Enumerabo igitur illa breviter generatim [b], ſine ulla perſonarum, ac locorum deſignatione: ut ad exponendam paſſionis ejus, cruciſque rationem poſſim pervenire, quo jamdudum feſtinat oratio.

a *Ut unus liber* &c. Vide Joh. XXI. 25.
b *Atque generatim*. Al. *& generatim*.

6.

Virtutes ejus fuerunt, quas Apollo portentificas appellavit [a]: quod quacunque iter fa-

a *Quas Apollo portentificas appellavit*. Vide ejus Oraculum ad cap. XIII. hujus libri ſeg. 11. b *Cap-*

faciebat, ægros, ac debiles, & omni morborum genere laborantes, uno verbo, unoque momento reddebat incolumes, adeo ut membris omnibus capti [b], receptis repente viribus roborati, ipſi lectulos ſuos reportarent, in quibus fuerant paullo ante delati.

b *Capti*. Al. *rapti*. Livius L. II. cap. XXXVI. *captus omnibus membris*.

7.

Claudis vero, ac pedum vitio afflictis [a], non modo gradiendi, ſed etiam currendi dabat facultatem. Tunc quorum cæca lumina in altiſſimis tenebris erant, eorum oculos in priſtinum reſtituebat aſpectum. Mutorum quoque linguas in eloquium, ſermonemque ſolvebat.

a *Vitio afflictis* Al. *vitio affectis*.

8.

Item ſurdorum patefactis auribus inſinuabat auditum: pollutos maculis [a] repurgabat.

a *Et aſperſos maculis*. Al. *Et ſparſos*. Al. *Ac ad ſperſis*

9.

Hæc omnia non manibus, aut aliqua medela, ſed verbo, ac juſſu [a] faciebat, ſicut etiam Sibylla prædixerat [b].

Lib.IV. I Παν-

a *Verbo, ac juſſu*. Al. *juſſione*.

b *Sibylla prædixerat*. Nimirum verbis ſic latine red-

Πάντα λόγῳ πράττων, πᾶσάν τε νόσον θεραπεύων.

redditis ex Serm. VIII. pag. 734. e. g.

Omnia verbo agens; omnem infirmitatem curans.

10.

Nec utique mirum, quod verbo faceret [a] mirabilia, quum ipſe eſſet Dei Verbum, cæleſti virtute, ac poteſtate ſubnixum [b].

a *Quod verbo faceret*. Al. *faciebat*:

b *Subnixum*; Aliqui hanc vocem non habent.

11.

Nec ſatis fuit, quod vires imbecillis redderet [a], quod debilibus integritatem, quod ægris, & laborantibus [b] ſanitatem; niſi etiam mortuos ſuſcitaret, velut e ſomno ſolutos [c], ad vitamque revocaret.

a *Imbecillis redderet*. Al. *imbecillibus*. Utroque modo uſitata vox tertii caſus plur.

b *Quod ægris, & laborantibus*. Al. *& languentibus*. Etiam abſolute *laboro*, ac *laborans* uſurpatur ad ſignificandum aliquem, ſe male habentem.

c *Velut e ſomno ſolutos*. Bon. *ſolutis*. Reſpicit ad Marc. VIII. v. 39. *Non eſt mortua puella, ſed dormit*. Et Jo. XI. 11. *Lazarus amicus noſter dormit*.

12.

Quæ videntes tunc Judæi, dæmoniaca potentia fieri arguebant: quum omnia ſic futura, ut facta ſunt, arcanæ illorum literæ [a] continerent. Le-

a *Arcanæ illorum litteræ*. I. E. Prophetarum oracula, in Sacris Bibliorum libris *relata*.

13.

Legebant quippe cum aliorum Prophetarum, tum Eſaiæ verba dicentis [a]: *Confortamini manus reſolutæ, & genua debilia conſolamini. Qui eſtis puſilli animi, nolite metuere: Dominus noſter judicium retribuet: ipſe veniet, & ſalvos faciet nos.*

a *Verba dicentis* Iſ. xxxv. a ℣. 3.

14.

Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum audient. Tunc ſaliet claudus ſicut cervus, & plana erit lingua mutorum, quia rupta eſt in deſerto aqua; & rivus in terra ſitienti.

15.

Sed & Sibylla eadem cecinit his verſibus [a].

. . . . Νεκρῶν δὲ ἀνάστασις ἔσαι
Καὶ χωλῶν δρόμος ὠκύτατος ϰ̀ κωφὸς ἀκούσει
Καὶ τυφλοί βλέψουσι, λαλήσουσ' ἐ λαλέοντες.

a *Sibylla eadem cecinit his verſibus*: Sic latine redditis ex Serm. VIII. p. 721. E. G..
Mortuorum autem ſurrectio erit,
Et claudorum curſus erit velox, & ſurdus audiet,
Cæci videbunt, & mortui loquentur:

16.

Ob has ejus virtutes, & opera divina,

quum magna illum turba [a] ſequeretur vel debilium, vel ægrorum, vel eorum qui curandos ſuos offerre cupiebant, aſcendit in montem quendam deſertum, ut ibi adoraret [b]: ubi quum triduo moratus eſſet [c], ac fame populus laboraret, vocavit diſcipulos ſuos [d] quærens, quantos ſecum cibos geſtarent At illi quinque panes, & duos piſces in pera ſe habere dixerunt. Afferri ea juſſit, ac multitudinem per quinquagenos diſcumbere [e].

a *Quum magna illum Turba*. Al. *Multitudo illum magna*.

b *Ut ibi adoraret*: ſtatim enim ſequitur *ubi quum triduo &c.* Al. *ut adoraret*. Al. *ut oraret*.

c *Moratus eſſet*. Al. *moraretur*.

d *Vocavit diſcipulos ſuos*. Al. ultima voce carent.

e *Per quinquagenos diſcumbere* Al. interponunt *diſtributam*. Aldus quoque eam vocem delevit.

17.

Quod quum diſcipuli faciunt [a], frangebat ipſe panem minutatim, carnemque piſcium comminuebat: & utraque in manibus ejus augebantur: & quum apponere [b] illa populo, diſcipulis imperaſſet, ſaturata ſunt quinque hominum millia, & inſuper duodecim cophini [c] de reſiduis fragminibus impleti. Quid aut dici, aut fieri poteſt mirabilius? At

a *Quod quum diſcipuli faciunt*. Al. *faciebant*.

b *Et quum apponere* Al. *apponi*. Quod Heumanno non placet; etſi Cellario, & Bunem. probetur.

c *Et inſuper duodecim cophini*. Corbes nimirum,

ſeu menſuræ genus apud Judæos uſitatiſſimum. Juven. Satyr. III. v. 13.

. . . . . . : *Et delubra locantur*
Judæis, quorum cophinus, fœnumque ſupellex

18.

At id Sibylla futurum cecinerat olim; cujus verſus tales feruntur [a]:

Εἰν ἄρτοις ἅμα πέντε καὶ ἰχθύεσσι δυοῖσιν
Ἀνδρῶν χιλιάδας ἐν ἐρήμῳ πέντε κορέσσει,
Καί τά περισσεύοντα λαβὼν μετὰ κλάσματα πάντα
Δώδεκα πληρώσει κοφίνυς εἰς ἐλπίδα πολλῶν.

a *Cujus verſus tales feruntur*, Sic latine redditi ex Sermone VIII. p. 736.
In panibus ſimul quinque, & piſcibus duobus,
Hominum millia in deſerto quinque ſatiabit,
Et reliquias tollens poſt fragmenta omnia
Duodecim cophinos implebit in ſpem multorum.

19.

Quæro igitur, quid hic potuerit ars magica moliri, cujus peritia nihil aliud, quam ad circumſcribendos oculos [a] valet?

a *Quam ad circumſcribendos oculos*. Cic. in Catil. II. ait; *Quis circumſcriptor?* Ubi Muretus *Circumſcriptor eſt, qui inducendi, ac circumveniendi homines, quaſi artificium quoddam tenent, & a Græcis ſumptum, quibus περιγράφειν interdum valet decipere*; Et proprium eſt Dæmonium, qui vel oculos, vel phantaſiam rerum imaginibus deludunt. Vide diſſ. XXVI. ſ. XXVII.

20.

Idem ſeceſſurus orandi gratia [a], ſicut ſolebat, in montem, præcepit diſcipulis, ut naviculam ſumerent [b], ſeque præcederent. At illi urgente jam veſpere profecti, contrario vento laborare cœperunt.

---

a *Seceſſurus orandi gratia*: Al. *eundi gratia!*
b *Ut naviculam ſumerent, ſeque præcederent*. Hæc duo ultima verba Bon. codex omittit.

21.

Quumque jam medium fretum tenerent, tum pedibus mare ingreſſus [a] conſecutus eſt eos, tanquam in ſolido gradiens, non ut poetæ Orionem mentiuntur [b] in pelago incedentem, qui demerſa corporis parte

: . . . . . *Humero ſupereminet undas*.

Et

---

a *Tum pedibus mare ingreſſus*. Ovidius L. xiv. *Metam.* a v. 48.

. . . . . *Ingreditur ferventes æſtibus undas.*
In quibus, ut ſolida, ponit veſtigia terra,
Summaque decurrit pedibus ſuper æquora ſiccis.

b *Ut Poetæ Orionem mentiuntur*. Orion Oenopionis Regis filius fuiſſe dicitur, patri conceſſus, quum hoſpitio Jovem, Mercurium, & Neptunum recepiſſet. Sed quum is ejus filiam vitiare vellet, ope Liberi Patris, cæcum eum fecit Oenopion. Cæcus Orion Oraculum conſuluit: quomodo viſum reciperet, & habito reſponſo, quod per pelagus ita contra orientem pergeret, ut loca luminum radiis ſolaribus diu offer-

offerret. Igitur ut hoc adimpleret ad Ciclopos, Jovi fulmina fabricantes; ſtrepitu ductus, unum ex his ſuis humeris ſuperpoſuit, & eo duce; Oraculi dicta complevit. Tantæ eum magnitudinis fuiſſe dicunt, ut nulla eum altitudo maris ingredientem potuerit vel obrui, vel morari; unde Virgilius X. Æn. a v.763. ait:

. . . . . . Quam magnus Orion
Quum pedes incedit medii per Maxima Nerei
Stagna, viamſcindens, humero ſupereminet undas.

Aliis diverſa de eo narrantibus.

22.

Et rurſus quum obdormiſſet in navi, & ventus uſque ad extremum periculum ſævire cœpiſſent: excitatus ſomno, ſilere ventum protinus juſſit; & fluctus, qui maximi ferebantur, conquieſcere: ſtatimque ſub verbo ejus tranquillitas ſubſecuta eſt. [a]

a *Tranquillitas ſubſecuta eſt*. Al. *inſecuta eſt*.

23.

Mentiuntur fortaſse [a] literæ ſanctæ docentes, tantam fuiſse in eo poteſtatem, ut imperio ſuo cogeret ventos obſequi, maria ſervire, morbos cedere, inferos obedire?

a *Mentiuntur fortaſſe &c.* Claudo hanc periodum cum puncto interrogationis, quod plerique omnes omittunt.

24.

Quid? quod eadem Sibyllæ carminibus ſuis

 ante

ante docuerant ? quarum una, cujus ſupra fecimus mentionem, ſic ait:

> Τὺς ἀνέμυς [a] παύσει τὺ λόγῳ, σρώσει δὲ θάλασσαν
> Μαινομένην ποσὶν εἰρήνης πήσει τε πατήσας.

a Τὺς ἀνέμυς &c. Latine in Serm. 8. p. 734., & ſeq.

Ventum compeſcet verbo. Sternet autem mare
Inſanum pedibus pacis fideque calcans.

25.

Et rurſus alia, quæ dicit, [a]

> Κύματα πεζεύσει, νόσον ἀνθρώπων ἀπολύσει,
> Ζήσει τεθνηῶτας, ἀπώσεται ἄλγεα πολλοῖς
> Ἐκ δὲ μιᾶς πηγῆς ἄρτου κόρος ἔσσεται ἀνδρῶν.

a *Et rurſus alia, quæ dicit*: Nempe Sermone VI. pag. 650.

Fluctus perambulabit, morbos hominum reſolvet.
Vivificabit mortuos, arcebit dolores multis.
Ex vivo autem fonte panis ſatietas erit viris.

26.

His teſtimoniis quidam revicti, ſolent eo confugere, ut ajant, non eſſe illa carmina Sibyllina, ſed a noſtris ficta [a], atque compoſita.

Quod

a *Sed a noſtris ficta*. Al. *conficta*. Vide ad L. I. cap. VI. Seg. 13. *a* & diſſ. XL. cap. II. a §. VII. ſeq.

27.

Quod profecto non putabit, qui Ciceronem[a], Varronemque legerit, alioſque veteres, qui Erythræam Sibyllam, cæteraſque commemorant: quarum exempla proferimus: qui authores ante obierunt, quam Chriſtus ſecundum carnem naſceretur.

a *Qui Ciceronem &c.* Etſi Cicero L. II. *de Divinatione* dubitat de Acroſtichide Sibyllina; tamen ejus dubium evincit, eum illam legiſſe, quod Lactantio ſatis eſt, ut oſtendat ante natum Chriſtum hujuſmodi carmina extitiſſe V. L. c.

28.

Verum non dudito, quin illa carmina prioribus temporibus pro deliramentis habita ſint, quum ea nemo tum intelligeret. Denuntiabant enim monſtruoſa quædam miracula[a]: quorum nec ratio, nec tempus, nec author deſignabatur.

a *Monſtruoſa quædam miracula*. Al. *monſtroſa*.

29.

Denique Erythræa fore ait, ut diceretur inſana, & mendax. Ait enim[a]: ait enim:

. . . . Φήσουσι Σιβύλλην
Μαινομένην ψεύστριαν : ἐπὴν δὲ γένηται
ἅπαντα,

Tuvi-

a *Ait enim*: Sic latinus interpres Serm. III. p.483. ... *Di-*

Τηνίκα ἐμῦ μνήμην ποιήσετε · κὐκ ἔτι μ' ὐδεὶς
Μαινομένην φήσει μὲ θεῶ μεγάλοιο προφήτην.

. . . . *Dicent Sybillam*
Inſanam & mendacem. Quum autem facta fuerint univerſa:
Tum mei memineritis, neque me jam quiſquam
Mendacem dicet Dei magni vatem.

§ 30. §

Jacuerunt igitur [a] multis ſæculis, poſtea vero animadverſa ſunt, quæ Chriſti nativitas, & paſſio patefecit arcana; ſicut etiam voces prophetarum, quæ quum per annos mille quingentos, & eo amplius lectæ fuiſſent a populo Judæorum, nec tamen intellectæ ſunt, niſi poſtquam illas Chriſtus & verbo, & operibus interpretatus eſt.

a *Jacuerunt igitur*. Al. *Tacuerunt*. Al. *Latuerunt*.

Illum enim prophetæ annuntiaverunt: nec ullo modo poterant, quæ illi loquebantur, intelligi, niſi fuiſſent univerſa completa.

CAP. XVI.

§ 1. §

VEnio nunc ad ipſam paſſionem; quæ velut opprobrium [a] nobis objectari ſolet,

a *Velut opprobrium*. Pagani obtrectatores Chriſtiano-

let, quod & hominem, & ab hominibus inſigni ſupplicio affectum, & excruciatum colimus: ut doceam, eam ipſam paſſionem ab eo [b] cum magna & divina ratione ſuſceptam, & in ea ſola & virtutem, & veritatem, & ſapientiam contineri.

norum objiciebant eis, quod Crucifixum adorarent. Vide S. Auguſt. in Serm. *de Pauli converſ.*, *&* *Serm.* VIII. *de verbis Apoſt.*

b *Ab eo* Bon. *a Deo*.

2.

Neque enim, ſi beatiſſimus in terra fuiſſet, & per omnem vitam in ſumma felicitate regnaſſet, quiſquam illum ſapiens, aut Deum credidiſſet, aut honore divino dignum judicaſſet: quod faciunt veræ Divinitatis expertes [a]: qui caducas opes, & fragilem potentiam, & alieni beneficii bona non tantum ſuſcipiunt [b], verum etiam conſecrant, & ſcientes [c] memoriæ mortuorum deſerviunt,

ſor-

a *Veræ divinitatis expertes* Al. *veræ religionis*. Al. *divinæ veritatis*; Aldus legit nobiſcum.

b *Et alieni beneficii bona non tantum ſuſcipiunt*. Heum. locum corruptum putat, ideoque reſcribit; *&* *alia non dicta bona*. Sed nihil immutandum quum heic Lactantius loquatur de honoribus, boniſque officiis, quibus homines invicem mactabantur. Al. *Suſpiciunt*, quod prætulit Betulejus, & Meurſius.

c *Et ſcientes*; Al. *cientes*. Al. *ſcienter*. Al. *ſapienter*.

fortunam jam extinctam colentes: quam ne vivam quidem, preſentemque ſapientes colendam ſibi unquam putavernnt.

3.

Nec enim poteſt aliquid in rebus terrenis eſſe venerabile, cæloque dignum: ſed ſola eſt virtus, ſola juſtitia, quæ poteſt verum bonum, & cæleſte, & perpetuum judicari, quæ nec datur cuiquam, nec aufertur [a].

a *Quæ nec datur cuiquam, nec aufertur*. Scilicet ab hominibus. Al. *quia nec datur &c.*

4.

Qua virtute, ac juſtitia quoniam Chriſtus inſtructus venit in terram, immo vero, quoniam ipſe virtus, & juſtitia eſt, deſcendit, ut eam doceret, hominemque formaret: quo magiſterio, ac Dei legatione perfunctus, ob eam ipſam virtutem, quam ſimul & docuit, & fecit, ab omnibus gentibus [a] & meruit, & potuit Deus credi.

a *Ab omnibus gentibus*. Non quæ dumtaxat ſub Imperio Romano erant: ſed ubique terrarum, ut veſtigia oſtendunt religionis, quæ in novo, quem dicunt, Orbe; Noſtri illuc appulſi in dies recognoſcunt.

5.

Ergo quum magnus populus ad eum vel ob juſtitiam, quam docebat, vel ob miracula,

quæ

quæ faciebat, ſubinde conflueret, & præcepta ejus audiret, & a Deo miſſum, Deique filium crederet: tum primores Judæorum [a], & Sacerdotes ira ſtimulati, quod ab eo, tanquam peccatores, increpabantur; & invidia depravati, quod confluente ad eum multitudine contemni ſe [b], ac deſeri videbant, & (quod caput ſceleris illorum fuit) ſtultitia, & errore cæcati, & immemores præceptorum cæleſtium, ac prophetarum, coierunt adverſus eum, impiumque conſilium de eo tollendo, cruciandoque ceperunt: quod prophetæ multo ante ſcripſerunt.

a *Tum primores Judæorum*. Bon. *tum primo Rex. Judæorum*. Al. *tum primo Seniores*.
b *Contemni ſe*. Al. pronomen non habent.

6.

Nam & David in principio pſalmorum ſuorum prævidens in ſpiritu, quantum facinus admiſſuri eſſent, beatum eſſe ait [a] *qui non abierit in conſilio impiorum*.

a *Beatum eſſe ait*. Scilicet *Pſal.* 1. *v.* 1.

7.

Et Solomon [a] in libro Sapientiæ his verbis uſus

a *Solomon in libro Sapientiæ*. Nempe Cap. II. verſ. 12. Ex Vulgi opinione autumant Walch., Bun., Heum., & alii locutum fuiſſe Lactantium, quum Salo

uſus eſt: *Circumveniamus juſtum, quoniam inſuavis eſt nobis, & exprobrat nobis peccata legis: promittit ſe ſcientiam Dei habere, & filium Dei ſe nominat: factus eſt nobis in traductionem cogitationum noſtrarum: gravis eſt nobis etiam ad videndum, quoniam diſſimilis eſt aliis vita illius, & immutatæ ſunt viæ illius.*

lomonem appellat authorem libri Sapientiæ ex Epiſtola CXV. S. Hieronymi. At Lactantio in hac Sententia præiverunt Tertull., Cyprian., Clem., Alex., & Origen. &c. quos vide apud Corn. a Lap., & Lorin. Adde etiam rationes apud Sixt. Senen. *L.* VIII. *Bibl. hæreſi* IX. *&c.*

8.

Tanquam nugaces æſtimati ſumus ab eo, continet ſe a viis noſtris, quaſi ab immunditiis, & præfert noviſſima juſtorum, & gloriatur, patrem ſe habere Deum [a].

a *Patrem ſe habere Deum* Bon. *Dominum*.

9.

Videamus ergo ſi ſermones illius veri ſunt, & tentemus, quæ ventura ſunt illi: contumeliis, & tormentis interrogemus eum, ut ſciamus reverentiam illius, & probemus patientiam illius; [a] *morte turpiſſima condemnemus. Hæc cogitaverunt, & erraverunt.*

Ex-

a *Et probemus patientiam illius*. Bon. hæc non habet.

10.

Excæcavit enim illos ſtultitia ipſorum, & neſcierunt ſacramenta Dei [a]. Nonne ita deſcripſit nefarium illud conſilium ab impiis initum contra Deum, ut plane interfuiſſe videatur? atqui a Solomone, qui hæc cecinit, uſque ad id tempus, quo geſta res eſt, mille ac decem anni fuerunt [b].

a *Sacramenta Dei*. Al. *Sacra Dei*.

b *Mille ac decem anni fuerant*. Vide Diſſ. XXII, Cap. II. §. V.

11.

Nihil nos affingimus [a], nihil addimus. Habebant hæc, qui fecerunt: legebant, in quos hæc dicta ſunt; ſed & nunc hæredes nominis, ac ſceleris illorum hæc & habent, & damnationem ſuam prophetarum voce prædictam quotidianis lectionibus perſonant, nec aliquando in cor ſuum, quæ pars eſt [b] & ipſa damnationis, admittunt.

a *Nihil nos affingimus*. Al. *effingimus*. Al. *fingimus*. Senſus eſt: nihil alicui tribuimus, quod ſuum non ſit.

b *Quæ pars eſt & ipſa*. Sic recte Al. *pars eſt ipſa*.

12.

Increpiti [a] ergo a Chriſto ſæpe Judæi, exprobrante illis peccata, & injuſtitias, & a po-

a *Increpiti*. Al. *increpati*. Vide Cap. XIV. 17.

populo pene deſerti, concitati ſunt ad eum necandum. Cujus rei audaciam dedit illis humilitas ejus [b].

b *Humilitas ejus* Walch. hanc vocem pro virtute Superbiæ oppoſita dicit eſſe latinitatis vergentis. Hinc Al. *humanitas ejus*. Sed nihil mutandum; vox enim Chriſtiana hæc eſt, ſicuti virtus ipſa Ethnicis omnino ignota.

13.

Nam quum legerent, cum quanta virtute, & claritate filius Dei venturus eſſet e cælo, Jeſum autem cernerent, humilem, ſordidum [a], informem: non credebant, filium Dei eſſe, ignorantes duos ejus adventus a prophetis eſſe prædictos; Primum in humilitate carnis obſcurum: Secundum in fortitudine majeſtatis manifeſtum,

a *humilem*, *ſordidum &c.* Inter hæc duo verba Al. ponunt *quietum* Heum: *victum* legere mallet.

14.

De primo David in Pſalmo LXXI. ſic ait [a]: *Deſcendet ſicut pluvia in vellus, & orietur in diebus ejus juſtitia, & abundantia pacis, donec extollatur luna*. Sicut enim pluvia, ſi deſcendat in vellus, animadverti non poteſt, quia ſtrepitum non facit: ita Chriſtum in terram ſine cujuſquam ſuſpicione venturum eſſe dixit, ut juſtitiam doceret, & pacem.

Eſaias

a *Sic ait*; Nempe Pſalm. lxxi. V. 6.

15.

Eſaias quoque ita tradidit [a]: *Domine quis credidit auditui noſtro: & brachium Domini cui revelatum eſt? Annunciavimus coram ipſo ſicut pueri, & ſicut radix in terra ſitienti, non eſt figura ejus, neque claritas; & vidimus illum, & non habuit figuram, neque decorem; ſed figura ejus ſine honore, & deficiens præter cæteros homines, homo in plaga poſitus ſciens ferre imbecillitatem, quia averſus eſt, & non eſt computatus.*

a *Ita tradidit*: Nempe Iſ. LIII. ℣. 1.

16.

Hic peccata noſtra portat, & pro nobis dolet [a], *& nos putavimus ipſum eſſe in dolore, & in plaga, & in vexatione. Ipſe autem vulneratus eſt propter facinora noſtra, & infirmatus eſt propter peccata noſtra: doctrina pacis noſtræ ſuper illum; livore ejus nos ſanati ſumus. Omnes ſicut oves erravimus: & Deus tradidit illum pro peccatis noſtris.*

a *Et pro nobis dolet*. Al. *hic dolet*.

17.

Et Sibylla eodem modo locuta eſt [a]:

L.IV. K Οἰκ-

a *Eodem modo locuta eſt*: Sermone VIII. p. 732. ubi ſic latine: *Pro-*

Οἰκτρὸς , ἄτιμος , ἄμορφος ἐν οἰκτροῖς ἐλπίδα δώσει .

Propter hanc humilitatem, Deum ſuum [b] non agnoſcentes, inierunt conſilium deteſtandum, ut privarent eum vita , qui , ut eos vivificaret , advenerat [c] .

Probroſus miſere deformis ; ſpem tamen addet .

b *Propter hanc humilitatem Deum ſuum &c.* Al. *propter quam humilitatem inierunt conſilium &c.*

c *Vivificaret , advenerat .* Al. *juſtificaret .*

CAPUT XVII.

1.

Sed iræ , atque invidiæ ſuæ, quam in cordibus ſuis gerebant intus incluſam , alias cauſſas præferebant [a], quod legem Dei Moyſi traditam [b] ſolveret , id eſt , quod ſabbatis non vacaret , operans in ſalutem hominum , quod circumciſionem vacuefaceret, quod abſtinentiam ſuillæ carnis auferret . In quibus rebus Judaicæ Religionis Sacramenta conſiſtunt .

---

a *Intus incluſam, alias cauſſas præferebant .* Al. *incluſa ; alias* &c. Al. *intus incluſæ; malitia cauſſas præferebant .*

b *Quod legem Moyſi traditam* Al. per *Moyſem datam.*

2.

Ob hæc itaque cætera pars populi , quæ non-

nondum ad Chriſtum acceſſerat, [a] a Sacerdotibus incitabatur, ut impium [b] judicaret eum, quod legem Dei ſolveret, quum hoc ille non ſuo judicio, ſed ex Dei voluntate ſecundum prædicta [c] faceret prophetarum.

a *Ad Chriſtum acceſſerat*. Al. *ſeceſſerat*. Al. *a Chriſto ſeceſſerat*.
b *Ut impium*. Bon. *aut impium*.
c *Secundum prædicta*. Al. *& ſecundum &c.*

3.

Michæas enim novam legem datum iri [a] denuntiavit hoc modo [b]: *Lex de Sion proficiſcetur, & ſermo Dei ab Hieruſalem* [c], *& judicabit inter plurimos populos, & revincet, & deliget validas nationes*.

a *Datum iri*. Al. *daturum*. Al. *dari*.
b *Hoc modo* Michææ Cap. IV. V. 2.
c *Sermo Dei ab Jeruſalem*. Al. *Sermo Domini &c.*

4.

Illa enim prior lex, quæ per Moſen data eſt, non in Monte Sion, ſed in Monte Coreb [a] data eſt: quam Sibylla, fore ut a filio Dei

a *Non in Monte Sion, ſed in Monte Coreb*. Al. *Syonai*. Al. *Oreb*. Mons ille, quem vulgata noſtra Montem Orebbum appellat, ſecundum Adricomium pars eſt, vel jugum eminens Montis Sinai, & ab Hebræis dicitur *Choreb*, ſeu *Coreb*, ut in noſtro ſcribitur Codice. Ibidem acta ſunt, quæ Exodi XIX. in ſummitate Montis

Dei ſolveretur, oſtendit *b*:

Ἀλλ' ὅτε ταῦτ' ἂν ἅπαντα τελειωθῇ, ἅπερ εἶπον,
Εἰς αὐτὸν πᾶς λύσεται νόμος.

---

tis Sinai agitata dicuntur, ut habetur Malachiæ IV. verſ. 4. ad quem locum videndi Interpretes ſunt, & præſertim Cornel. a Lapide.

b *Solveretur, oſtendit*: Chriſtus Dominns apud Matth. V. verſ. 17. *Non veni*, inquit, *ſolvere, ſed adimplere*. Ea nimirum, quæ in Moyſis, ac Hebræorum libris dicta erant de illo. Solvendas autem, ac per eum abolitum iri leges rituum prophetæ prædixerunt, e.g. Iſa. I. v. 11. ſeq., Jerem. VI. 29., Pſal. I. 18. Amos V. 22. &c. eaſque nobis inutiles eſſe oſtenderunt Apoſtoli, qui, ceu jugum moleſtum, a fidelium cervicibus illas removerunt, aliis loco illarum authoritate divina ſubſtitutis, ut habetur in Act. Cap. XV. v. 10. Ad Gal. V. 1. &c. De his ergo Lactantius cum Sibylla loquitur, cujus carmina recitat ex Serm. VIII. pag. 736., ubi ſic ſunt latine reddita;

Verum quum fuerint, quæ dixi cuncta peracta,
Solvitur omnis lex in eum &c.

5.

Sed & ipſe Moſes, per quem datam ſibi legem, dum pertinaciter tuentur, exciderunt a Deo, & Deum non agnoverunt, prædixerat fore, ut *a* propheta maximns mittatur a Deo, qui ſit ſupra legem, qui voluntatem Dei ad homines perferat. In Deuteronomio ita ſcriptum reliquit *b*:

Et

---

a *Fore, ut mittatur. Al. mitteretur.*

b *Ita ſcriptum reliquit.* Nempe Deuter. XVIII. v. 18.

6.

Et dixit Dominus ad me: Prophetam excitabo eis de fratribus eorum, ſicut te, & dabo verbum meum in os ejus: & loquetur ad eos ea, quæ præcepero ei: & quiſquis non audierit ea, quæ loquetur propheta ille in nomine meo, ego vindicabo in eum.

7.

Denunciavit ſcilicet Dominus per ipſum legiferum [a], quod filium ſuum, id eſt, vivam præſentemque legem, miſſurus eſſet, & illam veterem per Moyſen datam [b] ſoluturus, ut denuo per eum, qui eſſet æternus, legem ſanciret æternam.

a *Per ipſum legiferum*. Hac voce ante Lactantium uſus eſt Tertull. in Apol. C. XIX., & poſt ipſum Sanctus Paulinus Nolan. & Alcuin. Avitus, inter Ethnicos vero Apulejus.

b *Per Moyſen datam*. Al. *per mortalem datam*.

8.

Item de circuncisione ſolvenda [a] Eſaias ita prophetavit: *Hæc dicit Dominus viris Judæ, qui habitant Hieruſalem: Revocate inter vos novitatem: & ne ſeminaveritis in ſpinis. Circumcidite vos Domino Deo veſtro, & circumducite præputium cordis veſtri, ne exeat ira*

a *Item de circumciſione ſolvenda Eſaias ita propheta-*

ira mea ſicut ignis, & non ſit qui extinguat.

tavit. Quæ heic recitantur verba in Bon. Mſ. Cod. non leguntur: & non Eſaiæ ſunt, ſed Jeremiæ, cui ea Cyprianus tribuit L. 1. adv. Jud. Cap. VIII. Verum in Cod. noſtro Bonon. etſi verba prophetica legantur, deeſt tamen Prophetæ nomen; In aliis id contigiſſe putamus, quod Matth. XXVII. v. 9. & Marc. I. v. 2. contigit; primo enim loco Zacchariam pro Hieremia, in ſecundo Eſaiam pro Melachia ſcriptum reperies. Oſcitantia librariorum, inter quos errante primo, eum, more pecudum, reliqui ſequuntur.

9.

Item Moſes ipſe: [a] *in noviſſimis diebus circumcidet Dominus cor tuum ad Dominum Deum tuum amandum*. Item Jeſus Nave [b] ſucceſſor ejus: *Et dixit Dominus ad Jeſum: Fac tibi cultellos petrinos nimis acutos, & ſede, & circumcide ſecundò filios Iſrael* [c].

a *Item Moſes ipſe*. Nempe Deuter. XXX. v 6.

b *Item Jeſus nave*. Id eſt Joſue cap. V. v. 2.

c *Secundo filios Iſrael*. Bon. *Iſtrahel*. Cellarius Tò *Secundo* pro inſtauratione ritus in deſerto negleƈti, exponit, ut excludat circumciſionem cordis, de qua Laƈtantius; Sed perperam, ut infra videbimus.

10.

Secundam circumciſionem futuram eſſe dixit [a] non carnis, ſicut fuit prima, qua etiam nunc

a *Futuram eſſe dixit*; Non quod revera tunc ii circumciſi non fuerint, qui in Ægypto, ac in deſerto nati

Digitized by Google

nunc Judæi utuntur, ſed cordis, ac ſpiritus, quam tradidit Chriſtus, qui verus Jeſus fuit.

nati erant, quod L. C. narrant Sacræ literæ; ſed quia præceptum illud quum de iteranda circumciſione carnis, quæ iterari non poterat, intelligi nequeat, jam ad circumciſionem cordis futuram ſpectare, res manifeſta eſt ex eo, quod omnia illis in figuram contingebant &c.

11.

Non enim propheta ſic ait: *Et dixit Dominus ad me*, ſed *ad Jeſum*, ut oſtenderet, quod non de ſe loqueretur, ſed de Chriſto [a], ad quem tunc Deus ſic loquebatur [b].

a *Non de ſe loqueretur, ſed de Chriſto*. Al. *non de eo loqueretur*.

b *Ad quem tum Deus ſic loquebatur*. Al. Τὸ *Sic* non habent.

12.

Chriſti enim figuram gerebat ille Jeſus; qui quum primum *Auſes* [a] vocaretur, Moſes futura præſentiens, juſſit eum Jeſum vocari, ut quoniam dux militiæ delectus eſſet adverſus Amalech, qui oppugnabat filios Iſrael, & adverſarium debellaret per nominis figuram, & populum in terram promiſſionis induceret. Et

a *Qui quum primo Auſes vocaretur*. Bon. *Auſuſes*. Al. *qui quum primum &c.* In numeris Cap. XIII. v. 17.

v. 17. Vulgata noſtra ſic legit: *Vocavitque Oſee filium Nun Joſue*. Ubi lxx. *Cognominavit Auſe filium Nun, Juſue*. Apud Hebræos *Oſee* vel potius *Hoſeah*, & *ſervatum* ſonat, & *Servatorem*. Quare autem in verſione Græca *Auſes*, aut *Auſen* dixerint Seniores, non eſt qui valeat explanare. Inique propterea heic Cellarius, Walchius, aliique Lactantium reprehendunt quoniam a Græcis potius, quam ab Hebræis pendeat. Nam revera Hebræi fuerunt, qui Græcam verſionem ediderunt, in qua *Auſes* rotunde legitur. Demonſtrandum propterea eſt: I. an in tali nomine error irrepſerit. II. quod error ſit in Græcis potius, quam in Hebræis codicibus. Vide Diſſ. xxi. §. v.

13.

Et iccirco etiam Moſi ſucceſſit, ut oſtenderet novam legem per Chriſtum Jeſum datam, veteri legi ſucceſſuram, quæ data [a] per Moſen fuit. Nam

a *Ut oſtenderet novam legem per Chriſtum Jeſum datam* Cellarius *caute*, inquit, *hæc accipiantur. Interpres veteris Legis Chriſtus eſt, non novæ lator*. Et Langletius: *Chriſtus non legem novam tulit, ſed veterem perfecit*. Jam paullo ſupra Seg. 4. explanavimus qua ratione Lex Moſayca quantum ad ritus abrogata fuerit per Chriſti Evangelium; nunc autem exponimus duplicem rationem, propter quam Chriſtus veræ Legislatur dicitur, & Evangelium uova lex appellatur. Fuit ergo Chriſtus Legislator, quia *naturalia Legis Moſaicæ extendit* ex Ireneo L.IV.Cap.xxvii. *& addidit, quod Lex vetus minus habebat* ex Auguſt. L.1. *de Sermone Domini* in Monte num. 20. Nova autem appellatur Lex Evangelica: nam *translato Sacerdotio*, ut ait Ap. ad Hebr. VIII. 12. *neceſſe eſt, ut legis translatio fiat*.

14.

Nam illa carnis circumciſio [a] caret utique ratione, quia ſi Deus id vellet, ſic a principio formaſſet hominem, ut præputium non haberet, ſed hujus ſecundæ circumciſionis figura erat ſignificans, nudandum eſſe pectus, id eſt aperto, & ſimplici corde [b] oportere nos vivere: quoniam pars illa corporis, quæ circumciditur, habet quandam ſimilitudinem cordis, & eſt pudenda.

a *Nam illa carnis circumciſio.* Bon. *illa ſanguinis &c.*
b *Aperto, & ſimplici corde.* Plin. *L. VI. Epiſtola XII.* dicit *aperto pectore ſcripſiſti.*

15.

Ob hanc cauſſam Deus nudari eam juſſit, ut hoc argumento nos admoneret, ne involutum pectus habeamus [a], id eſt, ne quod pudendum facimus intra conſcientiæ ſecreta velemus [b].

a *Ne involutum pectus habeamus.* Al. *haberemus.* Seneca *L. 1. Quæſt. Nat.* dixit: *cor involutum.*
b *Ne quod pudendum facimus intra conſcientiæ ſecreta velemus.* Al. *pudendum facinus.* Attende heic Sacramenti pœnitentiæ non obſcurum teſtimonium pro iis, quæ dicturi ſumus ad ultimum hujus libri caput adverſus Johannem Dallæum Seg. 14.

16.

Hæc eſt cordis circumciſio, de qua prophetæ

tæ loquuntur, quam Deus a carne mortali ad animam tranſtulit, quæ ſola manſura eſt.

17.

Volens enim vitæ, ac ſaluti noſtræ pro æterna ſua pietate conſulere, pœnitentiam nobis in illa circumciſione propoſuit, ut ſi cor nudaverimus[a], id eſt, ſi peccata noſtra confeſſi[b], ſatis Deo fecerimus, veniam conſequamur, quæ contumacibus, & admiſſa ſua celantibus, denegatur ab eo, qui non faciem, ſicut homo, ſed intima, & arcana pectoris intuetur.

a *Vt ſi cor nudaverimus.* Al. *mundaverimus* prave.
b *Id eſt ſi peccata noſtra confeſſi.* Al. Tò *noſtra* non habent. Heic Remonſtrantes, ſeu Proteſtantes omnino ſilent, ſed infra eos audiemus quid contra tam clarum teſtimonium effutire audeant.

18.

Eodem ſpectat etiam carnis ſuillæ interdictio[a], qua quum eos abſtinere Deus juſſit[b], id potiſſimum voluit intelligi, ut ſe a peccatis, atque immunditiis abſtinerent.

a *Carnis ſuillæ interdictio.* Levit. XI. v. 8.
b *Qua quum eos abſtinere Deus juſſit.* Al. *a qua quum eos Deus abſtinere &c.*

.19

Eſt enim lutulentum hoc animal, & immun-

mundum *a*, nec unquam cælum aſpicit, ſed in terram toto & corpore & ore projectum, ventri ſemper, & pabulo ſervit *b*: nec ullum alium, dum vivit, præſtare uſum poteſt, ſicut cæteræ animantes, quæ vel ſedendi vehiculum præbent *c*, vel in cultibus agrorum juvant, vel plauſtra collo trahunt, vel onera tergo geſtant, vel indumentum exuviis ſuis exhibent, vel copia lactis exuberant, vel cuſtodiendis domibus invigilant.

a *Eſt enim lutulentum hoc animal, & immundum.* II. Petri c. 11. v. ultimo. *Sus lota in volutabro luti &c.*

b *Ventri ſemper, & pabulo ſervit.* Al. *Veneri*;

c *Sedendi vehiculum præbent.* Schottus *ſedenti*. Eortaſſe non male.

20.

Interdixit ergo, ne porcina carne veſcerentur *a*, id eſt, ne vitam porcorum imitarentur, qui ad ſolam mortem nutriuntur: ne ventri, ac voluptatibus ſervientes, ad faciendam juſtitiam inutiles eſſent, ac morte afficerentur.

a *Porcina carne veſcerentur.* Al. *uterentur.*

21.

Item ne ſe fœdis libidinibus immergerent, ſicut ſus, quæ ſe ingurgitat cœno: vel ne terrenis ſerviant ſimulacris, ac ſe luto inquinent: Luto enim ſe oblinunt, qui Deos, id eſt,

eſt, qui lutum, terramque venerantur. Sic univerſa præcepta [a] Judaicæ legis ad exhibendam juſtitiam ſpectant, quoniam per ambages data ſunt, ut per carnalium figuram ſpiritalia noſcerentur.

a *Sic univerſa præcepta*. Bon. *Sicut univerſa &c.*

CAP. XVIII.

1.

QUum igitur ea, quæ Deus fieri voluit [a], quæque per prophetas ſuos multis ſæculis ante prædixit, Chriſtus impleret, ob ea incitati, & divinas literas neſcientes, coierunt, ut Deum ſuum condemnarent.

a *Quæ Deus fieri voluit*. Al. *voluit fieri*.

2.

Quod quum ſciret futurum, ac ſubinde diceret, oportere ſé pati, ac interfici pro ſalute multorum, ſeceſſit tamen cum diſcipulis ſuis, non ut vitaret, quod neceſſe erat perpeti, ac ſuſtinére, ſed ut oſtenderet, quod ita fieri oporteret in omni perſecutione [a], ne ſua quis culpa incidiſſe videatur: ac denuntiavit fore, ut ab uno eorum proderetur. Ita-

a *Quod ita fieri oporteret in omni perſecutione*. Al. *opor-*

oporteat. Tertullianus in Libro, cui titulus *De fuga in perſecutione*, quem ſecundum S. Hieron., Sophron., & Niceph. adverſus Eccleſiam conſcripſit, oppoſitam ſententiam propugnavit, aſſerens; Miniſtris Dei in perſecutione fugiendum non eſſe, nec etiam perſecutionem numerata pecunia redimendam. Errorem hunc manifeſtum Chriſtus ipſe damnat. Matth. VI. v. 22. ubi ait; *Quum autem perſequentur vos in Civitate iſta, fugite in aliam*. Cum Lactantio noſtro contra Tertullianum, & Marcionitas, & Montaniſtas; egit Clemens Alex.. Origen., Cyprian., Baſil., Auguſt., & egregie S. Athanaſius in Apologia de fuga ſua, quam lege, ſi lubet.

3.

Itaque Judas præmio illectus tradidit eum Judæis [a].

a *Tradidit eum Judæis.* Al. *tradidit filium Dei &c.*

4.

At illi comprehenſum, ac Pontio Pilato, qui tum Legatus Syriam regebat [a], oblatum, cruci affigi poſtulaverunt, objicientes ei nihil aliud, niſi quod diceret ſe filium Dei eſſe, & regem Judæorum. Item quod dixerat: *Si ſolveritis hoc templum, quod ædificatum eſt*

a *Qui tum Legatus Syriam regebat*. Erroris heic Lactantium arguunt fere omnes, qui in eum ſcripſerunt, quia Pilatus non in Syriam Legatus; ſed Procurator Cæſaris in Judæa erat quum Chriſtus Cruci eſt affixus; ideoque Barthius Adverſ. VII. 2. Et Scultet. pro

eſt annis XLVI. [b] *ego illud in triduo ſine ma-*
ni-

pro eo reſtituendum putant *Silani* nomen. At Reineſius docte pariter, & erudite, omnes refellit *Epiſt.*lv. *ad Rupertum*, inquiens: *Non eſt pro errato habendum in Lactantio, ſi quem Scriptores Romani Procuratorem Judeæ appellare conſuerunt, ipſe Legatum Syriæ vocavit. Quippe huic, tum Judæa, remoto Archelao, Provinciæ in formam redacta, attributa erat, & regebat utramque Præſes, cui Legatum fuiſſe, eum, qui Procurator Cæſaris erat in Judæa, non implicat &c.* Vide Tertull. *in Apolog. C. XXI.* S. Cyprian. *de Idol. Vanit. C. VII.* Ut autem hiſtoriam hanc ab ovo explanemus, ſciendum eſt, quod Archelaus poſt novem annos ſuæ Tetrarchiæ ob malum regimen pulſus eſt in exilium An. XXXVII. ab Actiaca Victoria, Joſepho, & Euſebio teſtibus. Tunc Auguſtus Judeæ Præſides dedit, qui eam nomine ſuo gubernarent, quorum primus Coponius, qui ſimul cum Quirino, Syriæ Præſide, confiſcavit opes Archelai. Coponio ſucceſſit M. Ambirius, Ambirio Annius Rufus. Mortuo deinde Octaviano Auguſto, & ſolo jam imperante Tiberio Cæſare, totius Syriæ Præſes Legatus fuit in Judæam Valerius Graccus, qui Pontium Pilatum ſucceſſorem habuit, eique per ordinem ſucceſſere Marcellus, Cumanus, Claudius, Felix, Porcius, Feſtus, Albinus, & Florus, ſub quo rebellantes Judæos Titus, & Veſpaſianus mox vaſtata Urbe Jeroſolyma in captivitatem adduxerunt: ideoque etiam Martyr Ignatius in Epiſt. ad Trallian. Pilatum Syriæ Præſidem appellat, Legatum autem dicit Lactantius communi vocabulo eorum, qui a Romanis Cæſaribus in Provincias mittebantur.

b *Quod ædificatum eſt quadraginta ſex annis*. Bon. & alii

nibus ſuſcitabo [c], ſignificans, brevi futuram paſſionem ſuam, & ſe a Judæis interfectum, tertio die reſurrecturum. Ipſe enim erat verum Dei templum.

& alii nonnulli. xl. *annis*; Lectionem tamen ego ſecutus ſum omnium Romanorum Mſſ. Codicum, aliorumque, quos referunt commentariorum Scriptores, ea ratione potiſſimum, quia apud Joh. II. v. 20. *dixerunt ergo Judæi. Quadraginta & ſex annis ædificatum eſt Templum hoc &c.* Non quia aut Salomon, aut Zorobabel tot annorum intervallo Templum Hieroſolymitanum excitaverint; ſed quia, quum illud reſtituendum Herodes Magnus curaſſet, & annos novem cum dimidio in illius reſtauratione conſumpſiſſet, teſte Joſepho L. XV. *antiq. Jud. C. XIV.* novis ſubinde operibus auctum, ornatumque eſt Agrippæ junioris temporibus; tunc enim orientalis atrii ædificatio incœpta eſt, & jam anni ſex & quadraginta ab opere ſub Herode auſpicato ad primum Jeſu Chriſti Paſcha enumerantur juxta ſupputationem Uſſerii ad Mundi conditi annum 3987.

c *Suſcitabo illud*. Al. *reſuſcitabo illud*,

5.

Has voces ejus tanquam infauſtas, & impias inſectabantur. Quæ quum Pilatus audiſſet [a], & ille in defenſionem ſui nihil diceret, pronuntiavit, nihil in eo damnatione dignum vi-

a *Quæ quum Pilatus audiſſet*. Ex quo genere, ex qua Patria, quis vere Pilatus fuerit, penitus ignoratur, quamvis non deſint, qui illum Gallum, vel Roma-

videri. At injuſtiſſimi accuſatores *b* cum populo, quem incitaverant, ſucclamare cœperunt, & crucem ejus violentis vocibus flagitare.

---

manum, vel Calabrum, vel Brutium, ſeu Aprutinum appellant; Quorum ſententias reprobans Mallonius, Pilatum ex Patre Tyro, & quidem nobiliſſimo, & Matre ſordita natum, & fratricidam, nullo tamen adducto teſtimonio, fuiſſe velit, eique Pontii cognomen additum aſſerit, quia ab Inſula Pontia, quam in Lucania Pæſtum inter & Haletem amnem ſitam eſſe dicunt, Populi Romani hoſtes extulerit. Antequam in Judæam miſſus eſſet Sutrium, atque Aretium gubernaſſe dictitant; fides autem ſit penes Authores; Nos certum id æſtimamus quod, eo procuratorio nomine Judæam adminiſtrante, Johannes Baptiſta prædicare cœpit Baptiſmum pœnitentiæ, & poſt Triennium prædicationis illius, captus a turbis Jeſus, totius humani generis reparator, ad Pilatum adductus, nullius criminis reus ab eo primo judicio pronuntiatus eſt; ut habetur Luc. XXIII. a v. 13. *Pilatus autem convocatis Principibus Sacerdotum, & Magiſtratibus & Plebe dixit ad illos: obtuliſtis mihi hunc hominem quaſi avertentem Populum: & ecce ego coram vobis interrogans, nullam cauſſam invenio in homine iſto ex his, in quibus eum accuſatis, ſed neque Herodes: nam remiſi vos ad illum, & ecce nihil dignum morte actum eſt ei.*

b *At illi injuſtiſſimi*. Al. *At inviċtiſſimi illi*. Al *At injuſtiſſimi illi*,

6.

Tum Pontius & illorum clamoribus, & He-

Herodis Tetrarchæ inſtigatione metuentis, ne regno pelleretur, victus eſt a. Nec tamen ipſe ſententiam protulit, ſed tradidit eum Judæis, ut ipſi de illo ſecundum legem ſuam judicent b.

Lib. IV. L Du-

a *Tum Pontius & illorum clamoribus. & Herodis Tetrarchæ inſtigatione metuentis, ne Regno pelleretur, victus eſt.* Al. *Tum Pontius Pilatus.* Hanc Lactantii ſententiam non bene expendiſſe viſi ſunt, qui eum erroris accuſant, quaſi Pilatum excuſare voluiſſet ab injuſta in Chriſtum ſententia. Sed ſi hæc fuiſſet Lactantii noſtri opinio, quid ſibi vellent verba illa: *victus eſt?* ſi quid video, non equidem aliud ſenſiſſe arbitror, niſi quod ſenſit S. Leo Papa Serm. VIII. de Paſſione Domini, ubi ait: *Pilatus non evaſit reatum, qui cooperatus ſeditioſis, reliquit judicium proprium, & in crimen tranſivit alienum.* Reponunt tamen Authoris noſtri obtrectatores, non in hiſce verbis, ſed in iis, quæ ſequuntur erraſſe Lactantium. Expendamus ergo etiam illa.

b *Nec tamen ipſe ſententiam protulit, ſed tradidit eum Judæis: ut ipſi de illo ſecundum legem ſuam judicarent: Miror*, inquit P. Serry *Exerc. L. III. num.* 1. *Nonnullos D. Chriſoſtomi Orat: de Eleemoſyna, & Lactantii teſtimonio nixos; exiſtimaſſe, Pilatum a ferenda in Chriſtum mortis ſententia temperaſſe; eundemque Judæorum arbitrio ſimpliciter permiſiſſe.* Satis caute vir iſte heic ſe geſſit, non enim Lactantium, aut Sanctum Johannem Chryſoſtomum ſibi admirationis cauſſam dediſſe, ait, ſed eos, qui teſtimonio eorum nixos, Pilatum a ſententia ferenda temperaſſe aſſeruerunt: & merito; nam Lactantii verba, præſertim cum

cum Superioribus collata : latine loquentibus ſenſum non reddunt, quem eis affingunt: ſed potius Pilatum declarant, moviſſe quidem omnem lapidem, ut Chriſtus, quem innocentem judicaverat, dimitteretur: ſed turpi formidine victum, morem Judæis gerendum judicaſſe: ita tamen, ut ipſe, non tamquam Judex in Chriſti damnatione ſe geſſerit, ſed tamquam legis eorum invitum, ignavumque mancipium. Ideo lavit manus, ut, eo ritu, mortis illius invidiam a ſe amoveret: Ideo ſcribere noluit cauſſam mortis eo modo, quo Judæi poſtulabant; ideo Matth. XXVII. dicitur v. 26. *Jeſum autem flagellatum tradidit eis, ut crucifigeretur*. Et Lucæ XXIII. v. 24. *Adjudicavit fieri petitionem eorum*; ideſt non ſuam protulit, ſed eorum ſententiam executioni demandari permiſit: quaſi diceret, ut Sancti Hieronymi Epiſt. XXVII. verbis utar. *Ego Miniſter ſum legum: veſtra vox ſanguinem fundit*, non tamen eum ab injuſtitiæ crimine abſolvit: nam ut optime vidit S. Leo Papa Serm. VIII. de Paſſion. *Non evaſit reatum, qui cooperatus ſeditioſis, reliquit judicium proprium, & in crimen tranſivit alienum. Noli quærere fieri Judex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates*. Verba ſunt Eccleſ. cap. VIII. v. 6., quæ ne a nobis gratis dicta videantur, confer, quæ a Firmiano dicta ſunt Epitom. C. XLV., & in carmine de Paſſ. Domini ℣. XXXV. Et ne heic aliquid de Pilato deſideres, audi S. Auguſtinum Sermone III. de Epiph. Dom. *Magi ab Oriente, Pilatus ab Occidente venerant: unde illi, Orienti, hoc eſt naſcenti, ille autem Occidenti, hoc eſt morienti, atteſtabantur Regi Judæorum, ut cum Abraham, & Iſaac, & Jacob, ex quibus Judæi ducebant originem, recumberent in Regno Cælorum, non ex eis propagati per carnem: ſed eis inſerti per fidem, ut ille, de quo Apoſtolus loquitur, olivæ inſerendus, jam*

præ-

præmonſtraretur oleaſter. Quod antea dixerat Tertullianus Apol. C. XXI. ubi *Pilatus*, inquit, *& ipſe jam pro ſua conſcientia Chriſtianus &c.* Tandem Authores graviſſimi tradunt, eum tamquam Provinciæ expilatorem, Maſſiliam, aut Viennam in Gallia miſſum, ibidem in exilio diem extremum turpiter obiiſſe. Alii vero apud Suidam, ubi de Nerone agitur, ſub hoc ſæviſſimo Imperatore Romæ interemptum aſſerunt ob Chriſti necem non impeditam.

7.

Duxerunt igitur eum flagellis verberatum[a] & prius quam cruci affigerent, illuſerunt: indutum enim coloris punicei veſte[b], ac ſpinis coronatum, quaſi Regem ſalutarunt[c], & de-

L 2

a *Duxerunt igitur eum flagellis verberatum*. Al. *Duxerunt ergo &c.*. Nota heic, Chriſtum ad mortem ductum, non tractum, ſeu raptum; Ducitur enim volens, trahitur autem, ſeu rapitur invitus.

b *Coloris punicei veſte* S. Matth. eam *chlamydem* vocat *coccineam*, SS. Jo., & Marcus *purpureum veſtimentum*. Intellige pallium rubro colore tinctum, inſtar illius, quem Reges, & Principes viri ſuper thoracem in humeris geſtare conſueverant: ut ſcilicet ex ea argueretur, Chriſtum Dominum regnum affectaſſe.

c *Ac ſpinis coronatum, quaſi Regem ſalutaverunt.* Florebant eo tempore vepres, quos in ſerti formam facile redactos, Dominico capiti cum acutiſſimis ſpinis, uſque ad intima penetrantibus, milites ad ludibrium impoſuere, triumphantium coronas imitati. Sic Alexandrini Cives, ut Agrippam, qui ſe Regem Judæorum dicebant, quaſi tanti nominis majeſtate indi-

dederunt ei cibum fellis, & miſcuerunt ei aceti potionem [d].

dignum, irriderent, hominem quemdam mente motum, nomine Carrabam, ornarunt quibuſdam Regiis inſignibus, & junci viminibus ejus capite redimito, ac lecti ſtrato circa corpus reliquum involuto, tamquam Regis imaginem præſeferentem, ſalibus, jocisque fœris excipiebant. Vide Filonem *in Flaccum p. m.* 970. rem paullo fuſius narrantem.

d *Et dederunt ei cibum fellis, & miſcuerunt ei aceti potionem*. Reſpicit heic Author, inſtituti ſui memor, ad Pſal. LXVIII. v. 26. *Et dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potaverunt me aceto*. Quæ ſpiritu prophetico à Davide prædicta ſunt, & deinde in Chriſti Domini paſſione adimpleta, ſecundum evangelicam hiſtoriam, ubi Interpretes videndi varie phraſim hanc, Hebræis familiarem, explicantes.

8.

Poſt hæc conſpuerunt faciem ejus [a], & palmis ceciderunt. Quumque ipſi carnifices de veſtimentis ejus contenderent, ſortiti ſunt inter ſe de tunica, & pallio. Et

a *Poſt hæc conſpuerunt faciem ejus*. Al. *in faciem ejus*, & Bon. *conſputaverunt*. Phocionis conſtantiam, quum è Carcere duceretur ad ſupplicium, deſcribens Plutarchus ait: *Inimici vero prætercurrentes inceſſebant eum conviciis. Unus etiam inſpuit in eum. Ibi Phocionem, fama eſt, converſum ad Archontas dixiſſe: Nemo hujus hominis reprimet petulantiam?* Idem accidit Ariſtidi, teſte Seneca *ad Helv.* Etiam ſine præpoſitione latine conſtruitur.

9.

Et quum hæc omnia fierent [a], nullam vocem ex ore ſuo, tanquam ſi mutus eſſet, emiſit. Tum ſuſpenderunt eum inter duos noxios medium; qui ob latrocinia damnati erant: crucique fixerunt [b].

a *Et quum hæc omnia fierent*: B. *& quum omnia fierent.*
b *Fixerunt*, Al. *affixerunt*,

10.

Quid ego hic in tanto facinore deplorem? [a] aut quibus verbis tantum nefas conquerar? Non enim Gavianam crucem [b] deſcribimus, quam M. Tullius univerſis [c] eloquentiæ ſuæ nervis, ac viribus, velut effuſis, totius ingenii fontibus, proſecutus eſt: facinus indignum eſſe proclamans, civem Romanum contra omnes leges in crucem eſſe ſublatum.

 Qui

a *Quid Ego hic in tanto facinore deplorem?* Ad affectus excitandos Orator noſter ſtylum ſuaviſſime, ac efficaciter convertit, quem Juvenes noſtri præoculis habeant, quum ſimile argumentum eis pertractare contingat.

b *Gavianam Crucem*. P. Gavium Civem Romanum, ac Municipem Conſanum, ſeu potius Coſanum in Crucem à Verre actum, impacto crimine, quod Speculator fugitivorum fuiſſet, heic memorat Lactantius, de quo Cicero Verrina ultima alte conqueritur. Bon. *Gabianiam*. Al. *Grabintam*, Al. *Gabiniam* Al. *Graviniam*.

c *Univerſis* Al. *ſuæ nervis*, *ac viribus*. Al. *verbis*, *ac viribus* Al. *univerſæ &c.*

11

Qui quamvis innocens fuerit, & illo ſupplicio indignus, mortalis tamen, & ab homine ſceleſto, qui juſtitiam ignoraret [a], affectus eſt.

a *Qui juſtitiam ignoraret*: I. E *deſpiceret*: *parvi aut nihili faceret*.

12.

Quid de hujus crucis indignitate dicemus, in qua Deus a cultoribus Dei ſuſpenſus eſt, atque ſuffixus? Quis tam facundus, & tanta rerum, verborumque copia inſtructus exiſtet? quæ oratio tantæ affluentiæ ubertate decurrens, ut illam crucem merito deploret, quam mundus ipſe, & mundi elementa tota [a] luxerunt?

a *Mundus ipſe*, *&* *mundi Elementata*: ſcilicet Orbis univerſus; & quælibet pars ipſum componens. Vide ad L. 1. cap. 1. ſeg. 7.

13.

Hæc autem ſic futura fuiſſe, & prophetarum vocibus, & Sibyllinis carminibus denuntiatum eſt. Apud Eſaiam ita ſcriptum invenitur [a]: *Non ſum contumax*, *neque contradico*: *dorſum meum poſui ad flagella*, *&* *maxillas meas ad palmas*: *faciem autem meam non averti a fœditate ſputorum*.

Si-

a *Ita ſcriptum invenitur*: Nempe Iſa: cap. 1. ℣. 5.

14.

Similiter David [a] in Pſalmo XXXIV. *Congregata ſunt ſuper me flagella, & ignoraverunt: diſſoluti ſunt, nec compuncti ſunt, tentaverunt me, & deriſerunt me, & ſtriderunt in me* [b] *dentibus ſuis.*

a *Similiter David*. Nempe Pſal. XXXIV. à ℣. 16.
b *Et ſtriderunt in me*. Al. *ſuper me*.

15.

Sibylla quoque eadem futura monſtravit [a]

Εἰς ἀνόμων χεῖρας καὶ ἀπίςων ὕςερον ἥξει,
Δώσουσι δὲ θεῷ ῥαπίσματα χερσὶν ἀνάγνοις,
Καὶ ςόμασιν μιαροῖσι τὰ πτύσματα φαρμακόεντα,
Δώσει δ' εἰς μάςιγας ἁπλῶς ἁγνὸν τότε νῶτον.

a *Eadem futura monſtravit*. Scilicet ſerm. VIII. ubi ſic Latinus interpres *pag.*738.
In manus iniquorum, & infidelium poſtea deveniet:
Dabunt ei alapas manibus inceſtis,
Et faucibus immundis expuent ſalivas virulentas.
Dabit autem in verbera ſimpliciter innocens tunc dorſum.

16.

Item de ſilentio ejus, quod uſque ad mortem pertinaciter tenuit, Eſaias iterum ſic locutus eſt [a]: *Sicut ovis ad immolandum ductus eſt*

a *Eſajas iterum ſic locutus eſt*: Videlicet Iſa: LIII. ℣. 7.

eſt , & ſicut agnus coram tondentibus ſe ſine voce , ſic non aperuit os ſuum .

17.

Et Sibylla ſupradicta [a] :

Καὶ κολαφιζόμϐος σιγήσει μή τις ἐπιγνῷ
Τίς λόγος ἢ πόθεν ἦλθεν, ἵνα φθιμένοισι λαλήσῃ
Καὶ ςέφανον φορέσει τὸν ἀκάνθινον.

a *Sibylla ſupradicta*. Eodem Serm. VIII. pag.735. *Et Colaphos accipiens tacebit , ne quis agnoſcat . Quod Verbum,eſt& unde venit,ut mortuis loquatur, Et Coronam portabit ſpineam .*

18.

De cibo vero , & potu , quem antequam eum figerent , illi obtulerunt , David in Pſalmo LXVIII. [a] ſic ait : *Et dederunt in eſcam meam fel : & in ſiti mea potum mihi dederunt acetum* . Idem hoc futurum etiam Sibylla concionata eſt [b] :

a *In Pſalm.*LXVIII. Nempe ℣.26.
b *Sibylla concionata eſt* . Eodem Serm.VIII. p.738. *In Cibum antem fel , in ſiti acetum dabunt. Inhoſpitalitatis hanc monſtrabunt menſam .*

19.

Εἰς δὲ τὸ βρῶμα χολὴν , κ᾽ εἰς δίψαν ὄξος ἔδωκαν
Τῆς ἀφιλοξενίης ταύτην δείξουσι τράπεζαν.

Et

20.

Et alia Sibylla Judæam terram his increpat verbis [a] :

> Αὐτὴ γὰρ δύσφρων τὸν σὸν θεὸν ὐκ ἐνόησας·
> Παίζοντα θνητοῖσι νοήμασιν ἀλλὰ κ᾽ἀκάνθαις
> Ἔστεψας στεφάνῳ, φοβερήν τε χολὴν ἐκέρασας

a *Increpat verbis* : Nempe Serm. VI. pag. 651.
Ipſa enim ſtulta Deum tuum non cognoviſti
Ludentem inter mortales cogitationes; ſed & ſpinis
Coronaſti corona, horridumque fel miſcuiſti.

21.

Fore autem, ut Judæi manus inferrent Deo ſuo, cumque interficerent, teſtimonia prophetarum hæc anteceſſerunt :

22.

Apud Eſdram ita ſcriptum eſt [a] : *Et dixit Eſdras ad populum : Hoc paſcha ſalvator noſter eſt, & refugium noſtrum, cogitate, & aſcendat in cor veſtrum, quoniam habemus humiliare eum in ligno : Et poſt hæc ſperabimus in eum, ne deſeratur hic locus in æternum tempus, dicit Dominus Deus virtutum. Si non credideritis ei, neque exaudieritis annuntiationem ejus, eritis deriſio in gentibus.* Un-

a *Apud Esdram ita ſcriptum eſt*. S. Juſtin. Martyr. *in Dial. cum Triphone* ait ; *Hanc narrationem* (Judæi) *abſtulerunt*. Nam nec in noſtra vulgata verba iſta, aut in

in aliis Bibliis apparent. Propterea Crojus apud Gallæum inquit. *Id certe nullo nititur fundamento, nulloque teſtimonio poteſt comprobari &c. Ut quod ſentimus, & quod verum eſſe fatebuntur integri, & religioſi harum rerum arbitri, libere, & candide pronunciamus. Arbitramur, hanc eſſe piam fraudem Juſtini, & Lactantii, qui Juſtinum ducem ſequitur, qui locum hunc ut pleraque omnia Sibyllarum Oracula, & pleraſque omnes Mercurii ſententias, ad Doctrinæ Chriſtianæ propagationem finxerunt, & in lucem ediderunt:* Sic gratis calumniam adſtruere auſus eſt homo temerarius;quem etſi refutatione indignum ſua ipſa effata demonſtrent, ne tamen impune mentitum eſſe aliquis judicet, Sanctum Juſtinum, atque Lactantium ab hac impoſtura vindicamus diſſ. xl. cap. II. §. x.

23.

Unde apparet, Judæos nullam aliam ſpem habere, niſi ſe abluerint a ſanguine, ac ſperaverint in eum ipſum, quem necaverunt [a].

a *Quem necaverunt*. Al. *necaverint*. Al. *negaverunt*.

24.

Eſaias quoque facinus eorum deſignat, & dicit: *In humilitate ejus judicium ſublatum eſt. Nativitatem ejus quis enarrabit* [a] ? *quoniam auferetur a terra vita ejus: a facinoribus populi mei abductus eſt ad mortem. Et dabo malos pro ſepultura ejus, & divites pro mor-*

a *Eſaias quoque &c.* Nempe Iſa. Cap. LIII. v. 8.

morte ejus: quia facinus non fecit, neque inſidias ore ſuo locutus eſt.

25.

Propterea ipſe conſequetur multos, & fortium dividet ſpolia: propterea quod traditus eſt ad mortem, & inter facinoroſos deputatus eſt: & ipſe peccatum multorum pertulit: & propter facinora illorum traditus eſt.

26.

David quoque in Pſalmo XCIII. [a] *Captabunt in animam juſti: & ſanguinem innocentem condemnabunt: & factus eſt mihi Dominus in refugium;*

a *In Pſalmo XCIII.* Nempe v. 2.

27.

Et Hieremias [a]: *Domine ſignifica mihi, & cognoſcam: tunc vidi meditationes eorum: ſicut agnus ſine macula perductus ſum ad victimam: in me cogitaverunt cogitationem, dicentes: Venite mittamus lignum in panem ejus, & eradamus è terra vitam ejus: & nomen ejus non erit in memoria amplius.*

a *Et Hieremias.* Videlicet cap. XI. v. 19.

28.

Lignum autem crucem [a] ſignificat; & *panem*

a *Lignum autem Crucem ſignificat, &* panem *Corpus ejus &c.* Patres, ac Interpretes omnes eodem mo-

nem corpus ejus : quia ipſe eſt cibus , & vita hominum , qui credunt in carnem , quam portavit , & in crucem , in qua pependit .

modo locum hunc exponunt, plurimique eorum ad Sacramentum Sanctiſſimi Corporis Chriſti referunt ; fatente Betulejo . *Miror* , autem inquit : Heum: *neminem hoc emendaſſe*, *quum manifeſtum ſit* : PANIS *eſſe reſcribendum* . Sed fallitur : Nam heic Lactautius eadem Prophetæ verba reaſſumit , & explicat : quod non intelligentes Walchius , & Ludovicus de Dieu , dixerunt: lingua Arabica idem vocabulum ſonare PANEM , ac CARNEM , ſeu *Corpus* : quum heic Patres, & Lactantius de ſenſu metaphorico locuti ſint , Witbyus vero Eccleſiæ Patres, qui hæc Jeremiæ verba de Chriſto Domino intellexerunt, nominat in libro *de Patrum in ſcript. S Comment.* & gravi eos cenſura notat , addente Walchio : *Recte Lactautius ab aliis notatus fuit errabundus* . Scilicet iis , qui quum ignorent Scripturæ ſenſus , ac in puro cortice litteræ hæreant , illos errare putant , qui inſtar Aquilæ magnæ , medullam quærunt , & comedunt ,

29.

De qua tamen apertius ipſe Moſes in Deuteronomio [a] ita predicavit : *Et erit pendens vita tua ante oculos tuos*: *& timebis die, ac nocte*, *& non credes vitæ tuæ* . Idem rurſus in Numeris : *Non quaſi homo Dominus ſuſpenditur*, *neque quaſi filius hominis minas patitur* .

Za-

a *Moſes in Deuteronomio* ſcilicet cap. XXVIII. v. 66. Idem

Idem rurſus in numeris. Nimirum cap. XXIII. v. 19. Quæ ex hocce loco verba heic recitantur; ſi quis conferat cum eis, quæ illorum vice habemus in vulgata, certe vix adduci poterit, ut ſibi perſuadeat, ea apta eſſe ad id oſtendendum, quod Auctor habet pro ſcopo. SS. Patres tamen Lactantio antiquiores de Chriſto in Crucem acto ea, ſicuti Lactantius, ſunt interpretati, ut notavit Fevardentius ad L. IV. c. XXIII. S Irenæi, & Calmet. L. c. Quod etiam heic obſervant omnes commentariorum Scriptores, maxime qui ſunt extra Eccl. Romanam, & Rabbini, quorum verſiones, ac in eos Patres cenſuras videre poteris apud Auth. libri, cu titulus: *Nizzachon* a Jo. Chr. Wagenſeil in lucem edito.

30.

Zacharias etiam ſic tradidit [a]: *Et intuebuntur in me* [b], *quem transfixerunt*. Item David in Pſalmo XXI. [c] *Effoderunt manus meas, & pedes meos: dinumeraverunt omnia oſſa mea: ipſi autem contemplati ſunt, & viderunt me: diviſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam ſortem miſerunt.*

a Zacharias etiam ſic tradidit: Nempe c. XIII. v. 12.

b Et intuebunrur in me &c. Hæc *Jo. XXII.* v. 37. de Chriſto Domino prædicta fuiſſe teſtatur.

c *In Pſalmo XXI.* v. 18.

31.

Quæ utique Propheta non de ſe locutus eſt. Fuit enim rex, & nunquam perpeſſus eſt illa.

la. Sed ſpiritus Dei, per eum loquebatur *a*, qui fuerat illa paſſurus poſt annos mille & quinquaginta *b*. Tot enim colliguntur anni a regno David uſque ad crucem Chriſti.

a *Sed Spiritus Dei per eum loquebatur*. Heum. legit; *per eum de illo loquebatur*, *qui erat illa paſſurus.* Id eſt: *Spiritus Sanctus*, tertia perſona SS. Trinitatis per David loquebatur de Chriſto, *qui erat illa paſſurus &c.* Jſæus, & Bunem. putant, Verbum ipſum divinum per Dei Spiritum heic eſſe intelligendum, ſicuti ſupra Cap. VI. Seg. 1., & Seg. 6. At nec immutare aliquid, nec ita interpretari neceſſe eſt, quum *per eum* commode exponi poſſit *pro eo* Ita ut ſenſus ſit; Spiritus Sauctus loquebatur *pro Chriſto*; ſive, *in perſona Chriſti*. Vide d.ſſ. xxix. cap. V. *§. 6.*

b *Poſt annos mille*, *& quinquaginta*. Confer cum his, quæ Noſter habet cap. XVI. Sag. 10. de Salomone, filio David, & vide diſſ. xxii. cap. II. §. v.

32.

Sed & Solomon filius ejus, qui Hieroſolymam condidit, eam ipſam perituram eſſe in ultionem ſanctæ crucis *a*, prophetavit: *Quod ſi*

a *In ultionem Sanctæ Crucis*. Locum iſtum ſine aliqua nota prætereunt Heterodoxi, qui tamen illuſtratione dignus eſt. Duo enim ſignificare poteſt: nempe *in ultionem SancitæCrucis*; qua Chriſtum turpiſſima morte tollendum, judicarunt Hebræi, vel *in ultionem Chriſti Cracifixi*; quem ſub figura Crucis veteres Chriſtiani adorabant, ſecundum illud in hymno S. Ambroſii, qui incipit; *Vexilla Regis prodeunt &c.*

O Crux

ſi avertimini a me, dicit Dominus, & non cuſtodieritis veritatem meam: rejiciam Iſrael a terra, quam dedi illis: & domum hanc, quam ædificavi illis in nomine meo, projiciam illam ex omnibus, & erit Iſrael in perditionem, & in improperium populo, & domus hæc erit deſerta: & omnis qui tranſibit per illam, admirabitur, & dicet: propter quam rem fecit Dominus terræ huic, & huic domui hæc mala?

O Crux ave ſpes unica,
Hoc paſſionis tempore
Piis adauge gratiam,
Reiſque dele crimina.

Prima expoſitio violenta eſt, & minime latina, quum nemo dixerit: *Sanctam pœnam, ſanctum ſupplicium* &c. Secunda vero digna eſt homine Chriſtiano, & præſertim Lactantio, qui de Sancta Chriſti Domini Cruce tam pie, tam religioſe ſcripſit, ut notavimus diſſert. XXXII. cap. V. ſ. 1. ſeq.

33.

Et dicent: Quia reliquerunt Dominum Deum ſuum, & perſecuti ſunt [a] regem ſuum dilectiſſimum Deo, & cruciaverunt illum in humilitate magna, propter hoc importavit illis Deus mala hæc.

CAP. XIX.

---

a *Et perſecuti ſunt &c.* Hæc, & quæ ſequuntur nuſquam, ubi ſcripta ſint, reperire potuimus.

CAP. XIX.

1.

QUid amplius [a] de facinore Judæorum dicí poteſt, quam excæcatos tum fuiſſe, atque inſanabili furore correptos [b], qui hæc quotidie legentes, neque intellexerunt, neque quin, facerent, cavere potuerunt [c]?

a *Quid amplius de facinore*. Al. *quid amplius jam de facinoribus*.
b *Inſanabili furore correptos*. Al. *inſatiabili*. Al. *corruptos*.
c *Potuerunt?* Al. *voluerunt*.

2.

Suſpenſus igitur, & affixus clamavit ad Deum [a] voce magna, & ultro ſpiritum poſuit. Et eadem hora terræmotus factus eſt, & velum templi, quod ſeparabat duo tabernacula, ſciſſum eſt in duas partes, & Sol repente ſubductus eſt, & ab hora ſexta uſque in nonam tenebræ fuerunt [b].

Qua

a *Et affixus clamavit ad Deum*. Al. *atque affixus exclamavit ad Dominum*.
b *Tenebræ fuerunt* Al. *tenebræ factæ ſunt*.

3.

Qua de re Amos propheta [a] teſtatur : *Et erit in illo die dicit Dominus, occidet Sol meridie, & obtenebrabitur dies lucis, & convertam dies feſtos veſtros in luctum, & cantica veſtra in lamentationem.*

a *Amos Propheta teſtatur.* Nempe Cap. VIII. a v. 9.

4.

Item Hieremias [a] : *Exterrita eſt, quæ parit, & tæduit animam, & occidit Sol ei, quum adhuc medius dies eſſet: confuſa eſt, & maledicta: reliquos eorum in gladium dabo, in conſpectu inimicorum eorum.*

a *Item Hierem.* videlicet cap. XV. v. 9.

5.

Et Sibylla ait [a] :

Ναῦ δ' σχισθῇ τὸ πέτασμα, καὶ ἤματι μέσσῳ
Νὺξ ἔσαι σκοτόεσσα πελώριος ἐν τρισὶν ὥραις.

a *Et Sibylla ait*; Sermone VIII. pag. 738. ſeq. ubi ſic latinus interpres.

Scindetur Templi velum, mediumque diei
Nox tenebroſa tribus premet admirabilis horis.

6.

Quum hæc facta eſſent, ne prodigiis quidem cæleſtibus facinus ſuum intelligere quiverunt. Sed quoniam prædixerat ſe tertio die ab inferis reſurrecturum, metuentes, ne

a diſcipulis ſurrepto, & amoto [a] corpore, univerſi reſurrexiſſe eum crederent, & fieret multo major in plebe confuſio, detraxerunt eum cruci, & concluſum in monumento firmiter militari cuſtodia circumdederunt.

a *Surrepto, & amoto.* Al. *ſuffurato.* Al, *humato.* Al. *humanato.*

7.

Verum tertio die ante lucem terræmotu facto, repente patefactum eſt ſepulchrum, & cuſtodibus, quos attonitos obſtupefecerat pavor, nihil videntibus, integer è ſepulchro [a], ac vivus egreſſus, in Galilæam profectus eſt, ut diſcipulos ſuos quæreret: in ſepulchro vero nihil repertum eſt, niſi exuviæ, quibus convolutum [b] corpus incluſerant.

a *Integer e ſepulchro.* Al. *integro ſepulchro.*
b *Quibus convolutum.* Al. *ibvolutum.*

8.

Illum autem apud inferos non remanſurum, ſed die tertio reſurrecturum, prophetæ ceciderant. David in Pſalm. xv. [a] *Non derelinques animam meam apud inferos, nec dabis ſanctum tuum videre interitum.* Item in tertio [b]: *Ego dormivi, & ſomnum cepi, & reſurrexi, quoniam Dominus auxiliatus eſt mihi.* Oſea

a *David in Pſalmo XV.* Nempe ℣. 10.
b *Item in III.* Nempe Pſalm. III. ℣. 6.

9\.

Oſea quoque primus XII. prophetarum[a] de reſurrectione ejus teſtificatus eſt : *Hic filius meus ſapiens , propter quod nunc non reſiſtet in tribulatione filiorum ſuorum, & de manu inferorum eruam eum. Ubi eſt judicium tuum mors , aut ubi eſt aculeus tuus ?* Idem alio loco : *Vivificabit nos poſt biduum die tertio .*

a *Oſeas quoque primus* XII. *prophetarum* : De Oſea locuti ſumus diſſ. XL. cap. I. §. VIII. Verba heic recitata ſunt ex cap. XIII. ℣. 14. & ex cap. III. ℣. 2.

10\.

Et ideo Sibylla [a] impoſiturum eſſe morti terminum dixit poſt tridui ſomnum .

> Καὶ θανάτυ μοῖραν τελέσει τρίτον ἦμαρ ὑπνώσας .
> Καί τότ᾽ ἀπὸ φθιμένων ἀναδείξας εἰς φάος ἥξει ,
> Πρῶτος ἀναςάσεως θνητοῖς ἀρχὴν ὑποδείξας .

a *Ideo Sibylla &c.* Sermone VIII. p. 743. ubi ſic latinus interpres .

> *Et tridui ſomno peraget mortalia fata .*
> *Tum demum linquet Manes ; lucemque reviſet ,*
> *Prima reſurgendi lectis veſtigia monſtrans .*

11\.

Vitam enim [a] nobis acquiſivit morte ſupera-

a *Vitam enim &c.* Hæc etiam verba ſunt ejuſdem Sibyllæ ſed latine ſolummodo in pleriſque Mſſ. exarata.

rata. Nulla igitur ſpes alia conſequendæ immortalitatis homini datur, niſi crediderit in eum, & illam crucem portandam, patiendamque ſuſceperit.

CAP. XX.

I.

PRofectus ergo in Galilæam [noluit enim ſe Judæis oſtendere, ne adduceret eos in pœnitentiam [a], atque impios ſervaret] diſcipulis iterum congregatis, ſcripturæ ſanctæ literas, id eſt, prophetarum arcana, patefecit; quæ antequam pateretur, perſpici nullo modo poterant [b]; quia ipſum, paſſionem-

a *Ne adduceret eos ad pænitentiam*. Vide ſuperius ad cap. XI. Seg. II. nota ſecunda. Et Tertull. *Apolog.* Cap. XXI.

b *Quæ antequam pateretur, perſpici nullo modo poterant*: Gallæus heic ait. Et in hoc hallucinatur Lactantius; D. Petrus enim Epiſt. I I. c. I. Comm. 19. Καὶ ἔχομμεν βεβαιότερον τὸν προφητικὸν λόγον, &c. Scilicet: *Et habemus firmiorem propheticum ſermonem, cui bene facitis attendentes, quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco donec dies eluceſcat, & Lucifer oriatur in cordibus veſtris*. Sed quid hæc ad Lactantii mentem quum ex immediate ſequentibus ipſe rationem reddat de iis, quæ dixerat, inquiens: *Quia ipſum, paſſionemque ejus annunciabant*. Si Chriſti diſcipuli ea intelligere potuiſſent, quare Lucæ XXI. v. 27. *Incipiens a Moy-*

nemque [c] ejus annuntiabant.

a Moyſe, & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus Scripturis, quæ de ipſo erant; & v. 45. *Tunc aperuit illis ſenſum, ut intelligerent Scripturas* Sed vide ad *lib. de Mortitus Perſecutorum* c. 11., & Diſſ. XXIX. cap. 1. §. III.

c *Paſſionemque ejus annunciabant*. Al. *indicabant*.

2.

Icci*r*co Moſes, & iidem ipſi prophetæ, legem, quæ Judæis data erat, teſtamentum vocant [a]: quia niſi teſtator mortuus fuerit, nec confirmari teſtamentum poteſt, nec ſciri quid in eo ſcriprum ſit, quia clauſum, & obſignatum eſt.

a *Teſtamentum vocant &c.* Reſpicit heic Author non ſolum ad vetus, ſed etiam ad novum teſtamentum Paulum imitatus ad Hebr. C. IX. ℣. 16. *Ubi enim teſtamentum eſt, mors neceſſe eſt intercedat Teſtatoris. Quia, ut ait S. Irenæus L. IV. C. XXI.* Adverſ. hæreſes. *Utraque autem teſtamenta unus, & idem Paterfamilias produxit, Verbum Dei, Dominus noſter Jeſus Chriſtus, qui & Abrahæ, & Moyſi loquutus eſt, qui nobis in novitate reſtituit libertatem, & multiqlicavit eam, quæ ab ipſo eſt gratiam.* Quum autem Teſtamentum Hebraice *Berith* Græce Διαθήκη, etiam pro *foedere* uſurpari conſueverit, ſoleatque Apoſtolus varias vocabulorum, quibus utitur, acceptiones perſequi, ex Teſtamento veteri, quod proprie fœdus eſt, ad Teſtamentum proprie dictum, facile tranſire potuit, Lactantio *noſtro* viam, ut idem *faceret*, aperiens.

3.

Itaque niſi Chriſtus mortem ſuſcepiſſet: aperiri teſtamentum, id eſt revelari, & intelligi myſterium Dei non potuiſſet.

4.

Verum ſcriptura omnis in duo teſtamenta diviſa eſt. Illud quod adventum Domini, paſſionemque anteceſſit, id eſt, lex, & prophetæ, vetus dicitur. Ea vero, quæ poſt reſurrectionem ſcripta ſunt, novum teſtamentum nominatur [a].

a *Nominatur*: Heum. *nominantur*.

5.

Judæi veteri utuntur, nos novo: ſed tamen diverſa non ſunt [a], quia novum veteris adimpletio eſt: in utroque idem teſtator eſt Chriſtus, qui pro nobis morte ſuſcepta [b], nos hæredes regni æterni fecit, abdicato, & exhæredato populo Judæorum [c], ſicut Hiere-

a *Sed tamen diverſa non ſunt*. Al. *diviſa non ſunt*. Bon. *univerſa unum ſunt* aliis omnibus nobiſcum legentibus.

b *Morte ſuſcepta*. Bon. *mortem ſuſcepta*. Al. *mortem ſuſceptam*.

c *Abdicato, & exhæredato populo Judæorum*. Eleganter de more loquitur heic Lactantius Judæorum pœnam ob patrata contra Chriſtum facinora, paucis com-

remias [d] propheta teſtatur, cum loquitur talia:

---

complectens; Nam, ut bene etiam Walchius animadvertit; abdicati dicuntur, qui vivente adhuc patre paternorum bonorum commodo jure prohibentur: Exhæredati autem, qui mortuo patre bonis ejus depelluntur.

d *Hieremias Propheta teſtatur:* Nempe cap. XII. a verſ. 31.

6.

Ecce dies venient dicit Dominus, & conſummabo domui Iſrael, & domui Juda teſtamentum novum, non ſecundum teſtamentum, quod diſpoſui patribus eorum, in die, qua apprehendi manum eorum, ut educerem illos de terra Ægypti, quia ipſi non perſeveraverunt in teſtamento meo, & ego neglexi eos, dicit Dominus. Item alio loco [a] ſimiliter ait:

---

a *Item alio loco.* Videlicet cap. XII. a v. 7.

7.

Dereliqui domum meam: dimiſi hæreditatem meam in munu inimicorum ejus. Facta eſt hæreditas mea mihi, ſicut leo in ſylva: dedit ipſa ſuper me vocem ſuam, ideo odivi eam.

8.

Quum ſit hæreditas ejus, cæleſte regnum, non utique ipſam hæreditatem ſe dicit odiſſe,

ſed hæredes, qui adverſus eum ingrati, & impii extiterunt.

9.

Facta eſt, inquit, *mihi hæreditas mea, ſicut leo*, id eſt, præda, & devoratio: factus ſum hæredibus meis, qui me immolaverunt, ſicut pecus: *dedit ſuper me vocem ſuam*, id eſt, ſententiam adverſus me mortis, cruciſque dixerunt.

10

Nam quod ſuperius ait, conſummaturum ſe domui Juda teſtamentum novum, oſtendit, vetus illud teſtamentum, quod per Chriſtum dari haberet [a] conſummatum fore.

a. *Dari haberet*. Heum. *dari deberet*. Sed ſine Codicum authoritate nihil immutate fas eſt: eo vel magis, quod modus iſte loquendi L. IV. c. XII. ſupra jam nobis occurrit.

11.

Domus autem Juda, & Iſrael non utique Judæos ſignificat, quos abdicavit, ſed nos, qui ab eo convocati ex gentibus, in illorum locum adoptione [a] ſucceſſimus, & appel-

a *Qui ab eo convocati ex Gentibus in illorum locum adoptione ſucceſſimus, & appellamur filii Judæorum*. Scilicet jus adoptionis ad nos deſcendit, non Jure generis ab Abraamo deducti, non ex voluntate,

aut

pellamur filii Judæorum [b], quod declarat Sibylla quum dicit [c]

Ι'ȣδαίων μακάρων θεῖον γένος οὐρανιόντε.

Quod

---

aut electione Sinagogæ; quemadmodum Jacob Ephraim, & Maneſſem adoptavit Gen. XLVIII. v.5. & Exod. II. ℣. 10.; Sed ex Deo, qui ut ait S. Jo. in Evang. c. 1. a v. 12. *Quotquot autem receperunt eum*, ſive ex Populo Hebræo, ſive ex Gentibus, *dedit eis poteſtatem* non ſolum Judæorum, qui gloriabantur, ſe Patrem habere Deum Jo. VIII. v. 41. *ſed filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine ejus: qui non ex ſanguinibus: neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt.* Quod quum minime intellexiſſet Gallæus, extra chorum ſaltans, ait: *Imo manifeſte Beatus Paulus diſtinguit inter Judæos, & Gentes, quando in Epiſtolis ſuis de illis ſermonem inſtituit;* Non autem quum de hæreditate cæleſti ſermonem habet. Tunc enim omnes credentes, & fideles Chriſti, ſive ex Judæis. ſive ex Gentibus, filios Abrahæ appellat, itaut ille ſit: *Pater circumciſionis, non iis tantum, qui ſunt in circumciſione, ſed & iis, qui ſectantur veſtigia fidei:* Sicut idem docuit Apoſtolus ad Rom. IV. ℣. 12. *Non enim eſt diſtinctio Judæi, & Græci; nam idem Dominus omnium, dives in omnes, qui invocant illum,* ut ibidem ſubdidit Cap. X. v. 12.

b *In adoptione ſucceſſimus.* Al. *in adoptionemque.* Vide S. Cyprianum *in Præfat. L. I. adverſ. Judæos.* Al. *ſucceſſerat.*

c *Sibylla quum dicit;* Nempe Sermone V. p. 598. ubi interpres latinus ait.

Judæum Divum genus, & cæleſte beatum.

12.

Quod autem futurum eſſet id genus, Eſaias docet : [a] apud quem Pater ſummus ad filium loquitur , dicens : *Ego dominus Deus vocavi te in juſtitiam , & tenebo manum tuam , & confirmabo te , & dedi te in teſtamentum generis mei , in lucem gentium aperire oculos cæcocum , producere ex vinculis alligatos , & de domo carceris ſedentes in tenebris .*

a *Eſaias docet* : Nimirum cap. XLII. a ℣. *6.*

13.

Quum igitur nos antea, tamquam cæci, & tanquam carcere ſtultitiæ incluſi ſederemus in tenebris, ignorantes Deum & veritatem , illuminati ab eo ſumus , qui nos teſtamento ſuo adoptavit , & liberatos malis vinculis , atque in lucem ſapientiæ productos in hæreditatem regni cæleſtis adſcivit . [a]

a *Adſcivit* . Con. *adſcribit* .

CAP. XXI.

1.

ORdinata verò diſcipulis ſuis evangelica , ac nominis ſui prædicatione [a] , cir-

a *Ordinata vero diſcipulis ſuis Evangelica ac nominis ſui prædicatione* . Spark , & Bunem. , & Schottus ; *Or-*

circumfudit ſe repentè nubes, [b] eumque in cælum ſuſtulit [c], quadrageſimo poſt paſſionem die, ſicut Daniel [d] fore oſtenderat, dicens: *Et ecce in nubibus cæli ut filius hominis veniens, uſque ad vetuſtum dierum pervenit.*

Ordinato vero Evangelio, ac &c. Walchius addit; *Ordinata vero diſc.ſnis Evangelica doctrina*. Senſus noſtræ lectionis eſt planiſſimus, Tò enim *Evangelica* adjunctum eſt ſubſtantivo *prædicatione*, ut in Epitome Cap. XLVII. *Ordinata Evangelii prædicatione*.

b *Circumfudit ſe repente nubes*. Al. *circumdedit*. Noſter Virgilium de more reſpicit, qui L. 1. Æn. a verſ. 591.

. . . . . *Quum circumfuſa repente*
Scidit ſe nubes. Adde Cypr. *de vanit. Idol.* fine. Tertu.l, *Apolog. Cap. XXI.*

c *Eumque in Cælum ſuſtulit*. Gulielmus Wiſton Anglus, duplicem Chriſti Domini in Cælis aſcenſionem commentus eſt, & opus hocce Londini patrio ſermone una cum ſuo Schediaſmate in lucem edidit anno 1709. 8. ex Act. erud. Lipſ. pag. 396. Schmidius contra hanc opinionem diſſertationem edidit Lipſiæ an. 1712. quam Walchius heic laudat.

d *Sicut Daniel* &c. Nempe cap. VII. ℣. 13.

2.

Diſcipuli vero per provincias diſperſi, fundamenta Eccleſiæ ubique poſuerunt, facientes & ipſi in nomine magiſtri Dei magna, & penè incredibilia miracula: quia diſcedens [a] inſtruxerat eos virtute, ac poteſtate, qua

a *Quia diſcedens* Bon. *deſcendens*.

qua poſſet novæ annuntiationis ratio [b] fundari, & confirmari : ſed & futura aperuit illis omnia, quæ Petrus, & Paulus Romæ prædicaverunt [c], & ea prædicatio in memoriam ſcripta permanſit [d]: in qua cum multa alia mira, tum etiam hoc futurum eſſe dixerunt, ut poſt breve tempus immitteret Deus regem, qui expugnaret Judæos, & civitates eorum ſolo adæquaret, ipſos autem fame, ſitique confectos obſideret.

---

b *Novæ annunciationis ratio*. Bon. *traditio*.

c *Quæ Petrus, & Paulus Romæ prædicaverunt*. Non levis controverſia aliquando agitata fuit Catholicos, inter ac Remoſtrantes de Romanis D.Petri itineribus, Epiſcopatu, ac Martyrio, quam, etſi clariſſimi ex eis Scriptores, noſtris partibus pro veritate adjudicaverint : quia tamen nonnulli adhuc ſuperſunt, qui Veleni, Salmaſii, Spanhemii, ac Baſnagii rationes urgeant, etiam poſt Foggini noſtri exercitationes, operæ prætium duxi hac de re diſſertationem edere, quam dedi inter alias ſub num. XXX. Cap. II.

d *Et ea prædicatio in memoriam ſcripta permanſit*. Liber quidam judicio Hieronymi *de Vir. illuſtr. cap.I.* apocryphus ſub *Prædicationis Petri* titulo olim circumferebatur, qui nunc non extat : non tamen in eo Lactantii fides innititur, quum ejuſdem temporibus id ſine controverſia Scriptores, ac hiſtoriæ omnes teſtarentur.

3.

Tum fore, ut corporibus ſuorum veſceren-

rentur, & conſumerent ſe invicem *a*.

a *Tum fore, ut corporibus ſuorum veſcerentur, & conſumerent ſe invicem*. Vide de hac vere extrema, ac lugenda Iudæorum barbarie Euſebium L. III. h. E. Cap VI. poſt medium, ubi facinora leges non ſolum dictu horrenda, verum etiam incredibilia, quæ Hebræi in obſidione Hieroſolymitana Veſpaſiano Imperante, ac Tito ejus filio exercitum ducente, ceu in rabiem a fame acti, inhumaniter geſſerunt.

4.

Poſtremo, ut capti venirent in manus hoſtium, & in conſpectu ſuo vexari acerbiſſimè conjuges ſuas cernerent; violari, ac proſtitui virgines, diripi pueros, allidi parvulos, omnia denique igni, ferroque *a* vaſtari, captivos in perpetuum terris ſuis exterminari, eo quod exultaverint ſuper amantiſſimum, & probatiſſimum Dei filium.

a *Omnia denique igni, ferroque &c.* Vide Flav. Joſephi *Hiſt. de Bello Judaic. L.VI.*

5.

Itaque poſt illorum obitum quum eos Nero interemiſſet *a*, Judæorum nomen, & gentem

a *Quum eos Nero interemiſſet*. Domitius Nero Claudius, Patre Domitio Ahenobarbo, Matre Agrippina Germanici filia, natus a Claudio Druſo, Druſi Neronis, Fratris Tiberii Cæſaris filio, adoptatus, ex privi-

tem Veſpaſianus extinxit *b*, fecitque omnia, quæ illi futura prædixerant.

CAP.XXII.

vigno filius, hæres, ac in Imperio ſucceſſor fuit adoptantis, eodem, machinante conjuge Agrippina, virulenta potatione ſublato. Senecam Philoſophum Præceptorem habuit, ſub quo, quamvis primis adoleſcentiæ annis non ſine ſpe meliorts exitus traductis, eo tandem intemperantiæ, ac impietatis erupit, ut poſt innumera flagitia, non SS. Petrum & Paulum Apoſtolos ſolummodo, verum etiam & Senecam Magiſtrum, Agrippinam matrem, & Amitam, & Conjugem Octaviam, ac tandem ſemet ipſum occiderit anno æræ vulgaris LXX.

b *Judæorum Gentem, & nomen Veſpaſianus extinxit*. Scilicet Titus Veſpaſianus Flavii Veſpaſiani Filius, qui a Patre, Imperii ſui anno primo, Hieroſolymam miſſus, eam poſtridie Idus Aprilis, circa Paſchæ Feſtum, obſidione cinxit, & VI. Idus Septembris captam, ſolo æquari juſſit, recuſata nihilominus corona triumphali, quod non ſuum, ut ipſe ait, eſſet opus, ſed Dei Judæis infenſi, cui ſuam ipſe manum commodaverat. Sed in hoc Imperatore vere mirandum, quod quum tanta humanitate eſſet præditus, ut appellari meruerit *humani generis delicia*, *& amor*, & in omnes beneficia effundere conſueverit, ab immani tamen Judæorum carnificina, Deo ſic volente, minime temperaverit. Joſephus ſiquidem L. VI. de *Capt. Iud. c.* 44. numerum eorum colligens, qui fame, & gladio ſub eo perierunt, undecies centena millia interemptorum cadavera fuiſſe, affirmat. Vide etiam Euſeb. c. VII. L. III. H. E. extat adhuc Romæ Arcus triumphalis Tito, & Veſpaſiano erectus; ubi rerum Judaicarum imagines ingenue ſculptas videre licet.

CAP. XXII.

1.

Confirmata ſunt (ut opinor) quæ falſa, & incredibilia putantur ab iis,quos vera cæleſtium literarum doctrina non imbuit: ſed tamen, ut refellantur [a] a nobis etiam illi, qui nimium non ſine malo ſuo ſapiunt, rebuſque divinis fidem detrahunt, argumentis quoque illorum coarguamus errorem, ut tandem aliquando pervideant [b],ita fieri oportuiſſe, ſicut nos oſtendimus factum.

a *Refellantur*. Al. *repellantur*.
b *Pervideant*. Al. *credant*.

2.

Et quanquam apud bonos judices ſatis habeant firmitatis, vel teſtimonia ſine argumentis, vel argumenta ſine teſtimoniis: nos tamen non contenti alterutro ſumus, quum ſuppetat nobis [a] utrunque, ne cui perversè ingenioſo aut non intelligendi, aut contra diſſerendi locum relinquamus. Negant fieri potuiſſe, [b] ut naturæ immortali quicquam decederet. ne-

a *Quum ſuppetat nobis*. Al. *ſuppeditat*. Al. *ſuppeditet*. Fruſtra quærunt quid heic Athei reponant.
b *Negant fieri potuiſſe*. Judæi ſcilicet, qui apud Mun-

Munſterum pag. 385. falſum eſſe ajunt, quod Evangelia narrant circa Chriſti Crucifixionem. *Non enim verba ſunt anonymi Scriptoris: fuit mos in Iſrael, ut clavi figerentur in pedibus, & manibus hominum lapidatorum, atque ſuſpenſorum. Nam tradita ſunt quatuor genera mortis Judicibus, lapidatio, combuſtio, occiſio, & ſtrangulatio . . . Non autem invenitur, quod homo clavis figi debeat ad crucem; ſed ſuſpendendus blaſphemus, & Idololatra. Poſtquam lapidaverunt eum, demittunt ſtipitem in terram, e quo protenditur lignum, & conjunctis duabus manibus ſuſpendunt eum verſus occaſum Solis, & ſolvunt eum paullo poſt, & lignum in quo ſuſpenſus fuit ſepelitur cum eo &c.* Hujus Scriptoris impudentiam merito miraberis, cum hiſtoriam orbi univerſo cognitam, & ab ipſis Ethnicis conſcriptam, tam inſulſa narratione delere, aut antiquare præſumpſerit. Verum pudet in eo refellendo tempus terere: ſed ſi adhuc eſt inter Judæos, qui eodem errore teneatur, nec Prophetis, nec hiſtoriis fidem accomodare velit, ſuum Thalmud conſulat in tractatu *Sanedrin* ubi ſic leget: *In veſpera Paſchatis ſuſpenderunt Jeſum*: & ſuos audiat, qui uſitato nomine Jeſum vocant *Thelui* id eſt *ſuſpenſus*, & nos Chriſtianos *Ovede Thelui* appellant, id eſt *Cultores ſuſpenſi*, ſeu *Crucifixi*.

3.

Negant denique Deo dignum [a], ut homo fieri vellet, ſeque infirmitate carnis oneraret,

a *Negant denique Deo dignum &c.* Schottus. *Negant inquam.* Etiam heic ex Munſtero pag. 387. argumentum aliud vere ridiculum, recitemus. *Si Chriſtus inquiunt, fuit Deus, & homo, (ſicut homo eſt Corpus, &*

ret, ut paſſionibus, ut dolori, ut morti ſe ipſe ſubjiceret: quaſi non facile illi eſſet, ut citra corporis imbecillitatem, ſe hominibus oſtenderet, eoſque juſtitiam doceret (ſiquidem id volebat) *b* majore authoritate, ut, profeſſi Dei *c*.

& Anima) & homo mortuus eſt: ergo & Deus mortuus eſt. Nec Thalmudiſtæ hunc deglutire Camelum detrectant. Nam. tract. *Sanedrin in Chelek* ſic habent: *Dixit R. Ula, Meſſias veniat, & non videam eum: Sic etiam dixit Rabba. R. Joſeph dixit, veniat, & ſim ego dignus ſedere in umbra caudæ aſini ejus. Dixit Abbas ad Rabba: qua ratione dicis non videam eum? numquid propter dolorem Meſſiæ? . . . . Hi ſunt dolores Meſſiæ, qui erunt in diebus ejus ab exercitu Gentilium . . . Dixi veniat & non videam eum propter hoc, quod ſcriptum eſt Jer. XXX. v. 6. Interrogate, & videte ſi patit maſculus. Vide omnem virum . . . Quid eſt vide omnem virum? Rabba dixit: Dominus, qui habet omnem fortitudinem, & virtutem, ubi Rabbi Salomon, Deus ipſe S. Benedictus erat dolorem paſſurus, ut parturiens:* Videant ergo Hæbræi vel inter fabulas, & blaſphemias a ſuis confictas, & vulgatas, fidei noſtræ collucentem veritatem.

b *Siquidem id volebat.* Al. *id valebat.* Al. *id valebit.*

c *Authoritate, ut profeſſi Dei.* Al *ut ajunt, profeſſi Dei:* Al. *authoritate profeſſi Dei*, Bon. *authoritate, ut præceptis Dei.* Et ſic etiam legit Aldus. Lectionem noſtram plerique retinent Mss., ac editi libri, & idem valere putamus ac ſi diceret: *authoritate manifeſti Dei*; noſter enim L. VI. cap. XVI. ait. *Lætitia eſt . . . . profeſſum gaudium.* Et Senec. in Medæa Act. II. v. 154. *Profeſſa perdunt odia vindictæ locum.*

4.

Tunc enim cunctos fuiſſe præceptis cæleſtibus parituros, ſi ad ea virtus, ac poteſtas Dei præcipientis accederet.

5.

Cur igitur [a] (ajunt) *ad docendos homines non ut Deus venit? Cur ſe tam humilem, imbecillemque conſtituit, ut ab hominibus & contemni, & pœna affici poſſet? cur vim ab imbecillis, & mortalibus paſſus eſt? cur non manus hominum aut virtute repulit, aut divinitate vitavit? cur non majeſtatem ſuam ſub ipſa ſaltem morte patefecit? ſed ut invalidus in judicium ductus eſt, ut nocens damnatus, ut mortalis occiſus.*

a Cur igitur (ajunt): Nimirum Judæi, & increduli.

6.

Refutabo hæc diligenter, nec quenquam patiar errare. Illa enim magna, & mirabili ratione facta, quam quicunque perceperit [a], non tantum mirari deſinet, Deum ab hominibus eſſe cruciatum, verum etiam facile pervidebit, ne Deum quidem potuiſſe credi, ſi ea ipſa, quæ arguit, facta non eſſent.

CAP.XXIII.

a *Quum quicumque perceperit*: Intellige hactenus dicta. Al. *Quæ* Al. quam.

CAP. XXIII.

1.

QUicunque præcepta dat hominibus, ac vitam [a], moreſque fingit aliorum, quæro, debeat ne ipſe facere [b], quæ præcipit, an non debeat? Si non fecerit, ſoluta præcepta ſunt.

a *Ac vitam*. Al. *ad vitam*.
b *Quæro debeat ne ipſe facere &c.* Nota heic Lactantium noſtrum, ſemoto paulisper Oratorum ſtylo, adPhiloſophicum ſeſe accomodare, ut eis gratior fieret.

2.

Si enim bona ſunt, quæ præcipiuntur, ſi vitam hominum in optimo ſtatu collocant, non [a] ſe debet ipſe præceptor à numero, cœtuque hominum ſegregare, inter quos agit: & ipſi eodem modo [b] vivendum eſt, quo docet eſſe vivendum, ne ſi aliter vixerit, ipſe præceptis ſuis fidem detrahat, leyioremque doctrinam ſuam faciat, ſi re ipſa reſolvat, quod verbis nitatur adſtringere [c].

 Unuſ-

a *In optimo ſtatu collocant*. Scilicet, præcepta. Al. *conlocat*.
b *Inter quos agit, & ipſi eodem modo*. Al. *inter quos habitat ipſe, & ipſi eodem modo*.
c *Quod verbis nitatur adſtringere*. Al. *adſtreere*.
La-

Lactant. infra Cap. XXIV. v. 18. *ut præcepta ſua factis adimplendo cæteros parendi neceſſitate conſtringat*. Et Cic. *pro Cluentio*: *Ne lege ea, & quæſtione, qua ſe ſolutumque eſſe arbitraretur, per paucos Judices adſtringatur*.

3.

Unuſquiſque enim [a], quum audit præcipientem, non vult imponi ſibi neceſſitatem parendi, tanquam ſibi jus libertatis adimatur.

---

a *Unuſquiſque enim*. Bon. *Unuſquiſque autem*.

4.

Reſpondit itaque [a] doctori hoc modo: Non poſſum facere, quæ jubes, quoniam ſunt impoſſibilia. Vetas me iraſci, vetas cupere, vetas libidine commoveri, vetas dolorem, vetas mortem timere [b]: ſed hoc adeo contra naturam eſt, ut his affectibus animalia univerſa ſubjecta ſint: vel ſi adeo putas repugnari poſſe naturæ, & tu ipſe quæ præcipis, fac: ut ſciam, fieri poſſe.

---

a *Reſpondit itaque*. Al. *reſpondet*. Al. *reſpondebit* Al. *reſpondeat*.

b *Vetas dolorem, vetas mortem timere &c.* Al. *an mortem*.

5.

Quum autem ipſe non facias, quæ inſolentia eſt, ut homini libero imponere velis leges, quibus ipſe non pareas? Prius hiſce, qui

qui doces [a]: & antequam mores aliorum corrigas, tuos corrige.

a *Prius diſce, qui doces*. Al. *quod doces*. Al. *quæ dicis*.

6.

Quis neget [a] juſtam eſſe hanc reſponſionem? quin etiam in contemptum veniet hujuſmodi doctor, & deludetur [b] viciſſim, quia videtur & ipſe deludere.

a *Quis neget*: Bon. *Quis negat*.
b *Et deludetur*: Al. *& eludetur*.

7.

Quid ergo facet ille præceptor, ſi hæc ei fuerint oppoſita? quomodo adimet excuſationem contumacibus, niſi ut præeuntibus factis [a] doceat, poſſibilia ſe docere?

a *Præeuntibus factis*. Al. *præſentibus*.

8.

Inde evenit, ut philoſophorum præceptis nullus obtemperet. Homines enim malunt exempla, quam verba [a]: quia loqui facile

eſt,

a *Homines enim malunt exempla, quam verba*: Ideo Seneca Epiſt. VI. *Longum iter per præcepta: breve, & efficax per exemplum*. Et S. Jo: Chryſoſt Homil. XIX. in Epiſt: ad Hebr. *Efficacior eſt* ait, *vox operis*,

eſt, præſtare difficile. Utinamque tam multi bene facerent [b], quam multi loquuntur bene. Sed qui præcipiunt, nec faciunt, abeſt ab iis fides [c]. Et ſi homines fuerint, contemnentur, ut leves: ſi Deus, opponetur ei excuſatio fragilitatis humanæ.

ris, quam ſermonis. Et S. Auguſt. Epiſt. CXII. *Optimum eſt exemplo potius docere, quam dictis*.

b *Utinamque tam multi bene facerent &c.* Al. *utinam quidem tam multi bene faciunt*. Al. *bene viverent*.

c *Abeſt ab iis fides*. Apud Gallæum hæc notanda verba leguntur. *Ratio eſt, quia fides ſalvifica, non eſt ſine bonis operibus; teſtibus B. Paulo, & Jacobo*. Aurea quidem ſententia Remoſtrantibus proponenda, maxime iis, qui Luthero Magiſtro a veritatis ſemita aberrant. Non tamen heic Lactantii mens iſta eſt; ſed ſignificare vult, quod iis, qui dicunt, & non faciunt, fides non datur ab auditoribus, ut alibi notavimus.

9.

Supereſt, ut factis verba firmentur, quod philoſophi facere nequeunt, itaque quum ipſi præceptores vincantur affectibus, quos vinci prædicant oportere, neminem poſſunt ad virtutem, quam falſo prædicant, erudire: ob eamque cauſſam putant, neminem adhuc perfectum extitiſſe ſapientem [a], id eſt, in quo ſummæ doctrinæ, ac ſcientiæ ſumma virtus, & perfecta juſtitia conſenſerit, quod quidem verum fuit. Ne-

a *Perfectum extitiſſe Sapientem*. Al. *perfectum eſſe &c.*

10.

Nemo enim poſt mundum conditum talis extitit, niſi Chriſtus, qui & verbo tradidit ſapientiam [a]; & doctrinam præſenti virtute firmavit.

a *Qui & verbo tradidit ſapientiam, & doctrinam præſeuti virtute firmavit*: Immo per Iſaiam Prophetam Cap. LII. ℣. *6.* jam diu ante prædixerat clariſſimis verbis. *Ego ipſe qui loquebar: ecce adſum. Tollite jugum meum ſuper vos, & diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde.* Matth. XI. v. 29.

CAP. XXIV.

1.

AGe nunc conſideremus, an doctor e cælo miſſus, poſſit non eſſe perfectus. Nondum de hoc loquor, quem veniſſe a Deo negant [a]. Fingamus aliquem de cælo eſſe mittendum, qui vitam hominum, rudimentis virtutis inſtituat, & ad juſtitiam formet.

a *Quem veniſſe a Deo negant*. Al. *veniſſe Deum*.

2.

Nemini dubium poteſt eſſe, quin is doctor, qui cælitus mittitur, tam ſcientia ſit rerum omnium, quam virtute perfectus, ne nihil inter cæleſtem, terrenumque differat [a].

a *Inter cæleſtem, terrenumque differat*. Al. *diſſentiat*. Al. *diſſideat*.

3.

Nam in homine interna, & propria doctrina eſſe nullo pacto poteſt. Nec enim mens terrenis viſceribus incluſa, & tabe corporis impedita, aut comprehendere per ſe poteſt, aut capere veritatem a, niſi aliunde doceatur.

a *Capere veritatem &c.* Intellige ſupernaturalem, ſeu etiam naturalem omnibus numeris abſolutam, ut ſtatim ſeſe explicat Lactantius.

4.

Et ſi maxime poſſit, ſummam tamen virtutem capere nequeat a, & omnibus vitiis reſiſtere, quorum materia in viſceribus continetur. Eo fit, ut terrenus doctor perfectus eſſe non poſſit.

a *Summam tamen virtutem capere nequeat, & omnibus vitiis reſiſtere &c.* Hæc notanda ad purgandum Lactantium ab errore Pelagianorum.

5.

At vero cæleſtis, cui ſcientiam divinitas, virtutem immortalitas tribuit, in docendo quoque ſicut in cæteris, perfectus, & conſummatus ſit, neceſſe eſt. At id omnino fieria non poteſt, niſi mortale corpus aſſumat. Cur autem fieri non poſſit, ratio clara eſt. Nam

a *At id fieri.* Al. *Aſt &c.* Al. *Ad id.*

6.

Nam ſi veniat ad homines, ut Deus (ut omittam, quod mortales oculi claritatem majeſtatis ejus conſpicere [a], ac ſuſtinere non poſſunt) ipſe certe Deus virtutem docere non poterit, quia expers corporis non faciet, quæ docebit: ac per hoc doctrina ejus perfecta non erit [b].

a *Claritatem majeſtatis ejus conſpicere*. Antonius Raudenſis Lactantium vellicat, quaſi ex iis, quæ heic ab eo dicuntur, eruatur, ipſum crediſſe. Deum eſſe lucidum, ac ſplendoribus circumfuſum. V.diſſ.xxix.

b *Ipſe certe Deus virtutem docere non poterit, quia expers corporis, non faciet quæ docebit, ac per hoc doctrina ejus perfecta non erit*. Cellarius heic ait; *Invalida ratio* quare autem invalida ſit non oſtendit. Contra Lactantii obtrectatores notandum heic, eum loqui in hypotheſi, quam ſub initio capitis innuit; nam Doctrina Dei cælitus data ſemper perfecta fuit quoad ſe, quamvis quoad nos per Chriſtum fuiſſet explananda.

7.

Alioqui ſi ſumma virtus eſt, dolorem patienter pro juſtitia, officioque perferre: ſi virtus eſt, mortem ipſam, & intentatam non metuere, & illatam fortiter ſuſtinere: debet ergo doctor ille perfectus, & docere iſta præcipiendo, & confirmare faciendo: quia qui dat præcepta vivendi, amputare debet omnium excuſationum vias, ut imponat homi-

minibus parendi neceſſitatem [a], non vi aliqua, ſed pudore: & tamen libertatem relinquat [b]; ut & præmium ſit conſtitutum parentibus, quia poterant non parere, ſi vellent: & non parentibus pœna, quia poterant parere, ſi vellent.

a *Parendi neceſſitatem*. Id eſt, obligationem omni excuſatione ſublata.

b *Et tamen libertatem relinquat*. Betulejus heic, exſcriptus ſuppreſſo ejus nomine a Langletio ait: *Tribuit libero arbitrio nimium. Neque enim peccata vintemus, quia Chriſtus exemplum eſt, ſed quia vires præbet. Niſi fortaſſe per manuum porrectionem virtutem Spiritus Chriſti intelligere velis*: Sed doctrinam minime neceſſariam ad declarandam Lactantii mentem iſte homo heic obtrudit. Siquidem noſter non diſputat, an arbitrium noſtrum ſuis naturalibus viribus omnia divina præcepta adimplere poſſit, & omnia peccata vitare; quod Seg. 4. præoccupaverat; Sed oſtendit contra Fataliſtas, & contra eos omnes, qui in nobis extinctum liberum arbitrium per Adæ peccatum putant, quod libertate ſubtracta, non amplius præmio, aut pœna homo ullus dignus erit, quod eſt non minus antiquitate, quam vi ineluctabile veritatis argumentum.

8.

Quomodo ergo poterit [a] amputari excuſatio, niſi ut qui docet, faciat quæ docet, & ſit quaſi prævius, & manum porrigat ſecuturo? quemadmodum autem poteſt facere quæ do-

a *Quomodo ergo poterit*. Al. *quomodo igitur*.

docet, ſi non ſit ſimilis ei quem docet b?

b *Si non ſit ei ſimilis quem docet*. Hæc abſunt ab antiquiori Bon. Mſs. Codice.

9.

Nam ſi nulli ſubjectus ſit paſſioni a poteſt ei docenti homo ſic reſpondere: Volo equidem non peccare, ſed vincor: indutus ſum enim carne fragili, & imbbecilla: hæc eſt, quæ concupiſcit; quæ iraſcitur, quæ dolet, quæ mori timet. Itaque ducor invitus, & pecco non quia volo, ſed quia cogor b. Sentio

a *Nam ſi nulli ſubjectus ſit paſſioni.* Non inferas: Ergo ex mente Lactantii Chriſtus ſubjectus fuit, quemadmodum nos ſumus, paſſionibus animi, & corporis; nam ipſe adhuc in hypotheſi loquitur, & de illis paſſionibus ſermonem habet, quas deinde enumerat; Scilicet dolorem, timorem, mortem, quæ ex fragilitate carnis oriuntur. Nota ſecundo, hunc loquendi modum, & hanc Lactantii doctrinam, qua docet, Deum paſſionibus expertem eſſe, ut Raudenſi reſpondeas ad lib. de Ira Dei, ubi Authorem noſtrum erroris inſimulat, ſicuti heic contradictionis.

b *Itaque ducor invitus, & pecco non quia volo, ſed quia cogor.* Apoſtolus ad Rom. C. VII. a ℣. 14. eadem dixiſſe videtur perſonam agendo, quam verſiculo ſeptimo induxerat, hominis nimirum a ſtatu naturæ ad ſtatum legis demigratum, ac jam per legis pondus ſuam infirmitatem ſentientem; vel ſecundum alios, cujuſcumque hominis etiam juſti, jugo Moſaicæ legis liberati

lio me & ipſe peccare [c], ſed neceſſitas fragilitatis impellit : cui repugnare non poſſum: Quid ad hæc reſpondebit præceptor ille juſtitiæ ?

---

rati, ac in lege gratiæ viventis, qui dicat: *Scimus quia lex ſpiritualis eſt, ego autem carnalis ſum; venundatus ſub peccato; quod enim operor non intelligo: non enim quod volo bonum, hoc ago; ſed quod odi malum, illud facio.* Ubi caute procedendum eſt, ne in laqueos incidas, qui te circumdant. Nihil quippe aliud ibidem vult Apoſtolus, quam noſtræ mentis oculis pugnam exhibere, quam experimur, ſive bonum agere, ſive malum vitare velimus. Ubi victoria noſtris viribus non tribuatur: Ubi Deo non adſcribantur clades, ſalva ſemper libertate, nec virium cauſato defectu, tuta ſunt omnia. Quomodo autem hæc concilientur; fides catholica docet: nihil ultra quæras.

c *Sentio me & ipſe peccare.* Al. *etiam ipſe*: Al. *ſentio me & ipſe peccare.*

10.

Quomodo confutabit [a], ac redarguet hominem, qui delictis ſuis excuſationem carnis obtendet [b], niſi & ipſe carne fuerit indutus, ut oſtendat, etiam carnem poſſe capere virtutem ? Contumacia enim redargui non poteſt, niſi exemplo.

---

a *Quomodo confutabit.* Al. *refutabit.*

b *Oſtendet.* Al. *oſtendit.* Al. *oſtenderit.* Al. *oſtendat.*

11.

Nam habere non poſſunt, quæ doceas, firmi-

mitatem, niſi ea prior feceris: quia natura hominum proclivis in vitia videri vult non modo cum venia, ſed etiam cum ratione peccare [a].

a *Cum ratione peccare*. I. E. *videri velle, ſe aliter facere non poſſe*.

12.

Oportet magiſtrum [a], doctoremque virtutis, homini ſimillimum fieri [b], ut vincendo peccatum [c]; doceat hominem, vinci ab eo poſſe peccatum.

a *Oportet Magiſtrum &c.* Hæc verba leguntur apud S. Auguſtinum cap. LXI. de natura, & gratia p. 322.

b *Homini ſimillimum fieri*. Al. *hominum ſimilem*.

c *Ut vincendo peccatum*. Al. *vincendo in carne peccatum*.

13.

Si vero ſit immortalis [a], exemplum proponere homini nullo modu poteſt. Exiſtet enim conſtans aliquis [b], ac dicet: Tu quidem non pec-

a *Si vero ſit immortalis &c.* Huc ſpectat, quod ſupra de paſſionibus dicebamus. Vide diſſ XXIX. cap. VII. §. II.

b *Exiſtet enim Conſtans aliquis*. Heum. *forſan aliquis*. Sed marte ſuo. *Conſtans* heic idem valet, ac *contumax*, quemadmodum ex Epitome cap. I. conſtat, ubi ſic habet noſter Author. *Et ſi quis contumax extiterit &c.* Tunc enim, quemadmodum hiſce noſtris tem-

peccas, quia liber es ab hoc corpore [c]: non concupiſcis, quia immortali nihil eſt neceſſarium. Mihi verò multis rebus opus eſt, ut tuear hanc vitam. Mortem non times, quia valere in te non poteſt.

temporibus, abutebantur Fataliſtæ, & Athei hujuſmodi vocabulis, & ab Epicuræis homines, & viri *fortes*, ac *conſtantes* audiebant; in quibus tamen nec fortitudinis, nec conſtantiæ veſtigium reperies, ſi nomen detrahas, & infamiam. Ideoque ſcelerati potius dicendi ſunt, quibus impietas eſt pro virtute. Vide quæ a nobis dicta ſunt ad L. III. Cap. XVII. Seg. 5. & 42. Cap.XXVII.Seg.5. &c.

c *Non peccas, quia liber es ab hoc corpore.* Caro enim concupiſcit adverſus Spiritum, ut ajebat Apoſtolus.

14.

Dolorem contemnis, quia nullam vim pati potes. At ego mortalis utcunque timeo, quia cruciatus mihi graviſſimos inferunt, quos tolerare carnis infirmitas non poteſt [a].

a *Carnis infirmitas non poteſt.* Al. *infirmitas carnis.*

15.

Doctor itaque virtutis etiam hanc excuſationem debuit hominibus auferre, ne quis, quod peccat, neceſſitati potius aſcribat [a], quam culpæ ſuæ. Er-

a *Neceſſitati potius aſcribat &c.* Non ſolum Fataliſtæ, & Manichæi hanc impiam doctrinam docuerunt, ſed

ſed etiam Wicleffus, & qui eum ſecuti ſunt noſtrorum temporum hæretici; ex diverſo tamen principio. Sectarii enim hodierni ex Adæ peccato hominem dicunt libero expolictum arbitrio, ac propterea ex concupiſcentia neceſſitari ad malum, ex gratia vero ad bonum compelli. Spinoza, & Hobbeſius ita hominem ſtatuunt, ut ſit tamquam naturæ pars, quæ ejus communem ſequatur ordinem, in quo ſemper unum ab altero in infinitum determinetur ſecundum modum, quo afficitur Petrus vero Bælius neceſſitatem inde inducit, quod non ſolum aſſerit, actiones hominum omnes eſſe a Deo prædefinitas, verum etiam ex illa cauſſarum occaſionalium opinione, qua actiones omnes ipſi Deo adſcribendæ videntur, quamquam callide errorem tegere ubique geſtiat. Vide Diſſ. XXXV. Cap. X.

16.

Ergo ut perfectus eſſe poſſit, nihil ei debet opponi ab eo, qui docendus eſt: ut ſi forte dixerit: impoſſibilia præcipis a, reſpondeat, ecce ipſe facio. At ego carne indutus ſum, cujus eſt peccare proprium. Et ego

a *Impoſſibilia præcipis*. Quamquam S. Auguſtinus pluribus in locis apertiſſime blaſphemiam iſtam eſt execratus, extitit tamen duobus ab hinc ſæculis primum quidem Michael Bajus, deinde Janſenius Epiſcopus Iprenſis, qui eandem a Concilio Tridentino damnatam non ſolum revocarunt ab Orco, verum etiam eidem Auguſtino impudentiſſime tribuerunt. Eandem pertinaci conſentione propugnavit Paſchaſius Quenellius, ac Janſeniſtæ omnes, qui iccino jure, & merito

ego eandem carnem gero [b], & tamen peccatum in me non dominatur.

---

to Hæreticis ſunt adnumerati, contra quos egimus Diſſ. XXXV. Cap. VIII. §. 4.

b *Et ego eandem carnem gero &c. At qui Lactanti*, inquit heic Betulejus, *hoc argumento apud obſtinatum nihil efficiet. Imo juxta regulam catholicam, languidum eſt. Nam ſicut concedimus, Chriſti humanitatem paſſionibus ſubjectam fuiſſe: ita viciſſim contendimus, peccati legem in eo, ſicut in homine, regnaſſe minime.* At in primis meminiſſe oportet, Lactantium heic de Chriſto Domino non loqui, quum ipſe initio hujuſce Capitis dixerit: *Nondum de hoc loquor, quem veniſſe a Deo negant. Fingamus aliquem de Cælo eſſe mittendum, qui &c.* Verum fac ut de Chriſto loquatur, quem peccare non potuiſſe fatemur. Quid inde conficient Lactantii oſores? Nonne idem Chriſtus omnes homines provocavit verbis illis apud Matth. VIII. ℣. 46. *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Quid valuiſſet ei reſpondere: Ideo non peccas, quia peccare non potes: Quum revera paſſus, & tentatus ſit, tamquam peccator? Et quidem *in eo, in quo paſſus, & tentatus eſt*, ut ait Apoſtolus ad Hebræos II. ℣. 18. *potens eſt & eis, qui tentantur auxiliari.* Hinc Apoſtolorum princeps fidelibus omnibus dixit: *In hoc vocati eſtis: quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut ſequamini veſtigia ejus, qui peccatum non fecit, nec inventus eſt dolus in ore ejus, qui quum malediceretur, non maledicebat &c.*

17.

Mihi opes contemnere difficile eſt, quia vivi

vivi aliter non poteſt [a] in hoc corpore. Ecce & mihi corpus eſt, & tamen pugno contra omnem cupiditatem. Non poſſum pro juſtitia [b] nec dolorem ferre, nec mortem, quia fragilis ſum. Ecce & in me dolor, ac mors habet poteſtatem, & ea ipſa, quæ times, vinco, ut victorem te faciam doloris, ac mortis [c]. Prior vado per ea, quæ ſuſtineri

a *Quia vivi aliter non poteſt*. Al. *quia aliter non poteſt*. Quidam vero legit *quia vivere aliter non poſſum*.

b *Non poſſum pro juſtitia &c.* Reſpicit ad ea, quæ habentur Eccl. IV. ℣. 33. *Pro juſtitia agonizare pro anima tua, & uſque ad mortem certa pro juſtitia*. Quod innumeri pene Chriſti Martyres incredibili fortitudine, & conſtantia compleviſſe certum eſt, quamquam delicata, ac fragili carne induti.

c *Et ea ipſa, quæ times, vinco, ut victorem te faciam doloris, ac mortis. Vera ſunt hæc*, ait Betulejus, *ſi modo clarius eſſent expreſſa. Victores nos facit, & adverſus concupiſcentias, in conflictu ſuperiores, non exemplo tantum, ſed virtute ſpiritus, quam Paulus legem ſpiritus appellare ſolet, qua electos ſuos adverſus violentiam armat*. Pænituit fortaſſe Betulejum, ſe ſuperius Lactantio tribuiſſe non theologicam loquendi peritiam, eumque anticipato judicio falſitatis arguiſſe; Quare quum heic animadvertiſſet profundum Authoris noſtri ſenſum paullatim, ut neceſſe erat ad manifeſtationem illius deſcendentis, vera dicere fatetur; ſed ut propriam temeritatem abſcondat, & laqueos paret incautis, more quorundam piſcium, qui ut minores capiant, atro emiſſo liquore undam contur-

non poſſe prætendis [d], ſi præcipientem ſequi non potes, ſequere antecedentem. Sublata eſt hoc modo omnis excuſatio, & fateri hominem neceſſe eſt, ſua culpa injuſtum eſſe, qui doctorem virtutis, & eundem ducem non ſequatur. Vides ergo quanto perfectior ſit mortalis doctor, quia dux eſſe mortali poteſt, quam immortalis: quia patientiam docere non poteſt, qui ſubjectus paſſionibus non eſt;

turbant, Lactantium obſcure locutum aſſerit, ut interea clam damnatam doctrinam obtrudat, quaſi Deus ſolos electos ſuos gratiæ propugnaculis armet adverſus hoſtium violentias, aliis autem inermibus ad pugnam, ut pereant, expoſitis. At Cæco huic nec ſol clarus, in meridie umquam fuiſſet, niſi à Gotheſchalco, aut Boquino, aut Janſeniſtarum aliquo id, quod quærebat, oſtenderetur.

d *Prior vado per ea, quæ ſuſtineri non poſſe prætendis*; Nam Seneca teſte Epiſt. cxvi. *Nolle in cauſſa eſt, & non poſſe prætenditur* ab iis, quos ſupra memoravimus.

18.

Nec hoc tamen eo pertinet, ut hominem Deo præferam: ſed ut oſtendam, neque hominem perfecta doctrina eſſe poſſe [a], niſi ſit idem Deus, ut authoritate cæleſti neceſſitatem

a *perfecta doctrina eſſe poſſe*. Al. *perfectum doctrina*. Al. *perfectæ doctrinæ*. Al. *homini perfectam doctrinam*. ſenſus ubique idem.

tem parendi, hominibus imponat: neque Deum [b], niſi mortali corpore induatur, ut præcepta ſua factis adimplendo, cæteros parendi neceſſitate conſtringat.

b *Neque Deum niſi* Al. Neque niſi &c.

19.

Liquido igitur [a] apparet, eum, qui vitæ dux, & juſtitiæ ſit magiſter, corporalem eſſe oportere: nec aliter fieri poſſe, ut ſit illius plena, & perfecta doctrina, quæ habeat radicem, ac fundamentum [b], ſtabiliſque apud homines, ac fixa permaneat: ipſum autem ſubire carnis, ac corporis imbecillitatem, virtutemque in ſe recipere, cujus doctor eſt [c], ut eam ſimul & verbis doceat, & factis. Item ſubjectum eſſe morti, & paſſionibus cunctis [d], quoniam & in paſſione toleranda, & in morte ſubeunda, virtutis officia verſantur, quæ omnia [ut dixi] conſummatus doctor perferre debet, ut doceat poſſe perferri.

a *Liquido igitur*. Al. *ergo neque Deum eſſe niſi*.

b *Quæ habeat radicem, ac fundamentum*. Al. *niſi habeat radicem*. Al. *habeatque*

c *Cujus doctor eſt*. Al. *in ſe recipere Doctoris*.

d *Et paſſionibus cunctis*. Intellige Doctori convenientibus, & conducentibus ad finem, ad quem conſequendum venerat. Egregie Auguſt. in Pſal. LXIII. exprimit quod in hocce capite docuerat Lanctantius: ait enim: *Intendite. Parum ergo erat, Dominum hortari Martyres verbo, niſi firmaret exemplo*;

CAP. XXV.

1.

DIſcant igitur homines, & intelligant, quare Deus ſummus, quum legatum, ac nuntium ſuum mitteret, ad erudiendam præceptis juſtitiæ ſuæ mortalitatem [a] mortali voluerit [b] eum carne indui, & cruciatu affici [c], & morte multari.

a *Ad erudiendam præceptis juſtitiæ ſuæ mortalitatem.* Al. *immortalitatem.* Al. *ad coercendam* Al. *Tò ſuæ* non habent.

b *Mortali voluerit* Bon. Caret voce *Mortali*,

c *Cruciatu affici* Al. *Cruci affici*.

2.

Nam quum juſtitia nulla eſſet in terra, doctorem miſit, quaſi vivam legem [a], ut nomen, ac templum novum conderet [b]: ut verum, ac pium cultum per omnem terram verbis, & exemplo ſeminaret.

a *Quaſi vivam legem*. Cicero L.III. *de Legibus*: Magiſtratum vivam legem appellat: Chriſtus autem. *Ego ſum*, ait, *via*, *&* *veritas*, *&* *vita* Jo: 14. v.6.

b *Ac Templum novum conderet*: Dixi ad caput x. quod intelligendum ſit heic per hanc vocem. Al. *concederet*.

3.

Sed tamen, ut certum eſſet, a Deo miſſum,

ſum, non ita illum naſci oportuit, ſicut homo naſcitur, ex mortali utroque concretus, ſed ut appareret, etiam hominem illum eſſe cæleſtem [a] creatus eſt [b] ſine opera genitoris.

a *Etiam hominem illum eſſe Cæleſtem* ſic etiam. Aldus. Al. *in homine illum eſſe &c.*

b *Creatus eſt*: Sæpe diximus idem ſonare, ac *progenitum*, *procreatum*.

4.

Habebat enim ſpiritalem patrem Deum [a], & ſicut pater ſpiritus ejus Deus ſine matre, ita mater corporis ejus virgo ſine patre.

a *Spiritalem Patrem Deum*. Al. *ſpecialem*. Aldus legit nobiſcum. Al. *ſpiritum*.

5.

Fuit igitur & Deus, & homo, inter Deum, atque hominem medius conſtitutus. Unde illum Græci Μεσίτην vocant [a], ut hominem perducere ad Deum poſſet, id eſt immortalitatem: quia ſi Deus tantum fuiſſet (ut ſupradictum eſt) exempla virtutis homini præbere non poſſet: ſi homo tantum, non poſſet homines ad juſtitiam cogere [b] niſi authoritas, ac virtus homine major accederet.

 Ete-

a *Unde illum Græci MESITEN vocant.* Sic in Cod. B. *μεσίτην vocant*. I. E. *Medium*, ſeu *Medicatorem*.

b *Non poſſet hom.nem ad juſtitiam cogere*: Id eſt *adunare*, *congregare*. Bon. *congerere*.

6.

Etenim quum conſtet homo ex carne [a], & ſpiritu, & oporteat ſpiritum juſtitiæ operibus emereri, ut fiat æternus [b]: caro, quoniam terrena, ideoque mortalis, copulatum ſibi ſpiritum trahit ſecum, & ab immortalitate inducit ad mortem [c].

a *Quum conſtet homo ex carne, & ſpiritu*: Nota iterum Lactantium noſtrum partes hominis animam, & Corpus aſſignare.

b *Ut fiat æternus*; Scilicet in æternum homo beatus. Ad illud enim Apoſtoli reſpicit ad Rom. VIII. à v. XI. *quod ſi Spiritus ejus, qui ſuſcitavit Jeſum à mortuis, habitat in vobis, qui ſuſcitavit Jeſum Chriſtum a mortuis, vivificabit & mortalia corpora veſtra, propter inhabitantem Spiritum ejus in Vobis . . . Si enim ſecundum carnem vixeritis, moriemini: Si autem Spiritu facta carnis morificaveritis vivetis.*

c *Ab immortalitate inducit ad mortem*. Scilicet peccati. Al. *ducit*.

7.

Ergo ſpiritus carnis expers [a] dux eſſe homini ad immortalitatem nullo pacto poterat, quoniam caro impedit ſpiritum, quo minus Deum ſequatur. Eſt enim fragilis, & ſubjecta peccato; peccatum autem pabulum mortis eſt. Ita-

a *Ergo Spiritus carnis expers*. En Lactantius ſpiritum vocat carnis expertem, ſcilicet corporis, ut ſupra notavimus, quare, non eſt putandum alibi eum docuiſſe, ſpiritum eſſe corporeum, ut quidam de eo ſenſerunt.

8.

Itaque iccirco mediator advenit, id eſt Deus in carne, ut caro eum ſequi poſſet, & eriperet morti hominem [a], cujus eſt dominatio [b] in carne. Ideo carne ſe induit, ut deſideriis carnis edomitis, doceret, non neceſſitatis eſſe peccare, ſed propoſiti, ac voluntatis [c].

a *Et eriperet hominem morti*. Al. poſponunt hæc ultima verba: *Morti hominem &c.*

b *Cujus dominatio*. Al. *damnatio*.

c *Non neceſſitatis eſſe peccare, ſed propoſiti, ac voluntatis* S. Auguſt. lib. de Natura, & Grat. cap. LXI. hæc explicat contra Pelagium: non peccatur enim, niſi cognitum, & volitum illud ſit, quod contra legem Dei perpetratur, dicitur, cogitatur, ſeu omittitur, quum urget præceptum.

9.

Una enim nobis & magna, & præcipua cum carne luctatio [a] eſt, cujus infinitæ cupiditates premunt animam, nec dominium retinere patiuntur [b], ſed eam voluptatibus, & illecebris ſuavibus mancipatam, morte afficiunt ſempiterna.

a *Una enim nobis & magna, & præcipua cum carne luctatio*. Apoſt. ad Gal. v. ℣. 17. *Caro enim concupiſcit adverſus Spiritum; Spiritus autem adverſus carnem. Hæc enim ſibi invicem adverſantur &c.*

b *Nec dominium retinere patiuntur*. Bon., & alii quidam *nec Dominum*. Al. *Deum*.

10.

Quibus, ut repugnare poſſemus, Deus nobis viam ſuperandæ carnis & aperuit, & oſtendit. Quæ virtus perfecta, & omnibus numeris abſoluta, coronam vincentibus, & mercedem immortalitatis impertit[a].

a *Et mercedem immortalitatis impertit*. Sic etiam Aldus. Al. *& mercedem expetendæ nobis immortalitatis &c.*

CAP. XXVI.

1.

Dixi de humilitate[a], & fragilitate, & paſſione, cur hæc Deus ſubire maluerit[b]: nunc ipſius crucis ratio reddenda eſt, & vis enarranda.

a *Dixi de humilitate*. Al. *Dixi de humanitate*.
b *Maluerit*. Al. *voluerit*.

2.

Quid ſummus pater a principio diſpoſuerit, & quemadmodum cuncta, quæ geſta ſunt, ordinarit, non tantum divinatio prophetarum, quæ in Chriſtum vera proceſſit[a], ſed etiam ratio ipſius paſſionis docet. Quæ-

a *Quæ in Chriſtum vera proceſſit*. Sic reſtituo ex noſtro Bon. Codice, ubi hactenus legebatur *præceſſit*; quæ

quæ Heumanni judicio locutio erat durior, nec flumini Orationis Lactantianæ conveniens. In Chriſtum autem vera procedere, eſt in dies vera apparere, ac ſucceſſibus declarari.

3.

Quæcunque enim paſſus eſt, non fuerunt inania, ſed habuerunt figuram a, ſicut etiam divina illa opera, quæ fecit: quorum vis, & potentia valebat quidem in præſens, ſed declarabat aliquid in futurum.

a *Sed habuerunt figuram*. Al. ſtatim addunt: *& ſignificantiam*, Al. *ſignificationem magnam*; Quæ in noſtro Codice non apparent, & ſine incomodo lectionis abeſſe poſſunt; quare & nos, tamquam gloſſema, ea abraſimus.

4.

Aperuit cæcorum lumina cæleſtis virtus, a & lucem non videntibus reddidit facto b ſed ſignificabat fore, ut converſus ad gentes, quæ Deum neſciebant, inſipientium pectora illuminaret luce ſapientiæ, & ad veritatem contemplandam oculos cordis aperiret.

a *Aperuit Cæcorum lumina cæleſtis virtus*. Al. *oculos virtus Cæleſtis*. Al. *Coecorum oculos*.
b *Sed facto*: Al. *& hoc facto*.

5.

Vere enim cæci ſunt a, qui cæleſtia non vi-

a *Vere enim Coeci ſunt &c*. Sic ſæpe in Scripturis ſanctis appellantur hujuſmodi homines, qui plerumque & cæci ſunt, & Duces coecorum fiunt.

videntes, & tenebris ignorantiæ circumfuſi, terrena, & fragilia venerantur.

6.

Patefecit aures ſurdorum. Non utique hactenus vis illa cæleſtis [a] operata eſt: ſed declarabat brevi fore, ut qui erant veritatis expertes, & audirent, & intelligerent divinas Dei voces. Veré enim ſurdos dixeris, qui cæleſtia, & vera, & facienda non audiunt [b].

a *Non utique hactenus vis illa Cæleſtis*. *Tò hactenus* heic valet idem ac *non ultra*, cui addita altera negatione. quæ præceſſit, vim affirmativam ſumit, quaſi diceret: *ultra itaque vis illa operata eſt*.

b *Et facienda non audiunt*. In Bon. antiquiori Mss. Codice hoc ultimum verbum punctis quibuſdam inſignitur, quæ ut alibi diximus indicia ſunt dubiæ lectionis.

7.

Mutorum linguas in eloquium ſolvit [a]: admirabilis, etiam quum fieret, potentia: ſed inerat huic virtuti alia ſignificatio, quæ oſtenderet, mox futurum, ut rerum cæleſtium nuper ignari, percepta ſapientiæ diſciplina, de Deo, & veritate diſſererent.

Nam

a *Linguas in eloquium ſolvit*. Al. *in eloquentiam*. Al. *eloquentes fecit*.

Digitized by Google

8.

Nam qui rationem divinitatis ignorat, is vere elinguis, & mutus eſt, licet ſit omnium [a] diſertiſſimus. Lingua enim quum verum loqui cæperit, id eſt, virtutem, majeſtatemque Dei ſingularis interpretari, tum demum officio naturæ ſuæ fungitur: quando autem falſa loquitur, in uſu ſuo non eſt: & ideo infans ſit, neceſſe eſt, qui divina proloqui [b] non poteſt.

a *Licet ſit omnium diſertiſſimus*. *Tò ſit* Al. non habent.. Al. poſtponunt legendo: *diſertiſſimus ſit*.
b *Qui divina proloqui*. Al. *quia divina* &c. Al. *qui divine plane loquere*.

9.

Pedes quoque claudorum ad officium gradiendi reformavit, laudabilis divini operis fortitudo: ſed figurâ id continebat, quod cohibitis erroribus vitæ ſæcularis, ac deviæ [a], iter veritatis aperiretur, per quod graderentur homiues ad Dei gratiam conſequendam.

a *Vitæ ſæcularis, ac deviæ* Bon. *Vitæ ſæcularis, & divinæ*.

10.

Is enim vere claudus exiſtimandus eſt, qui caligine, ac tenebris inſipientiæ implicatus, & quo

& quo tendat ignarus, offenſibilibus [a], & caducis greſſibus per viam mortis incedit.

a *Offenſibilibus, & caducis greſſibus.* Al.*oſtenſilibus* Betulejus *offenſantibus* Al. *offenſionibus*. Noſtra lectio probatur Heumanno. & eſt verbum active uſurpatum ſicuti *inſenſibilis* &c. Walchio tamen rarum videtur hocce vocabulum; Bunem. nullibi apud veteres teſtatur offendi. Henr. Steph. forte *offenſalibus*. Aldus legit nobiſcum.

11.

Item labes, & maculas inquinatorum corporum repurgavit, non exigua immortalis potentiæ opera [a]: verum id portendebat [b] hæc vis, quod peccatorum labibus [c], ac vitiorum maculis inquinatos, doctrina ejus purificatura eſſet, eruditione juſtitiæ.

a *Non exigua immortalis potentiæ* Bon. *immortalitatis* &c.

b *portendebat* Al.*prætendebat*: Al. *protendebat*.

c *Peccatorum labibus*. Al. *Cladibus*.

12.

Leproſi enim vere, atque Elephantiaci [a] debent haberi, quos vel infinitæ cupiditates ad ſcelera, vel inſatiabiles voluptates ad flagitia compellunt, & dedecorum maculis inuſtos [b], labe afficiunt ſempiterna. Ja-

a *Elephantiaci*. Al. *Elephantici*. Ji nimirum, qui peſſimo lepræ genere laborant; ipſumque M.Conſtantinum hoc morbo correpum, acta quædam Sancti Silveſtri Papæ non ſincera tradiderunt.

b *Inuſtos*. Al. *injuſtos*.

13.

Jacentia mortuorum corpora [a] erexit, eoſque nominibus ſuis [b] inclamatos a morre revocavit. Quid congruentius Deo? Quid miraculo dignius omnium ſæculorum, quam decurſam vitam reſignaſſe [c], completiſque hominum temporibus tempora adjeciſſe [d], arcana mortis revelaſſe?

a *Jacentia mortuorum corpora*: Al. *jacentium*.
b *Nominibus ſuis*. Al. *nominibus propriis*.
c *Decurſam vitam reſignaſſe*: Phraſim hanc ſupra expoſnimus, & iterum exponemus ad L. VII. c. XXII. Seg. 15.
d *Temporibus tempora adjeciſſe*: Bon. *temporibus adjeciſſe* omiſſo verbo intermedio. Al. *tempora perpetua* Heum: *perpetuæ* ſcilicet *mortis* &c.

14.

Sed hæc inenarrabilis poteſtas, imago virtutis majoris fuit, quæ demonſtrabat, tantam vim habituram eſſe doctrinam ſuam, ut gentes in orbe toto, quæ alienæ a Deo [a], ſubjectæ morti fuerunt, cognitione veri luminis animatæ, ad immortalitatis præmia pervenirent.

a *Quæ alienæ a Deo*; Bon. *alienæ*. Al. omiſſa propoſitione: *alienæ Deo*.

15.

Eos enim recte mortuos exiſtimaveris [a], qui

a *Exiſtimaveris* Bon. *æſtimaveris*.

qui datorem vitæ Deum neſcientes, atque animas ſuas a cælo in terram deprimentes, in laqueos æternæ mortis [b] incurrunt.

b *In loqueos æternæ mortis*. Al. *in laqueos æternos incurrunt*.

16.

Quæ igitur tum faciebat in præſens imagines erant futurorum. Quæ in læſis, affe-ctiſque corporibus adhibebat, ea ſpiritalium figuram gerebant, ut & in præſenti [a] virtutis nobis terrenæ opera manifeſtaret [b], & infuturum, poteſtatem cæleſtis ſuæ majeſtatis oſtenderet.

a *Io præſenti* Al. *in præaens*. Al. *in præſentis*.
b *Terrenæ opera manifeſtaret*. Al. *monſtraret*.

17.

Ergo ſicut opera [a] ejus ſignificantiam quoque [b] majoris poteſtatis habuerunt, ita etiam paſſio non ſimplex, nec ſupervacua, nec fortuita præceſſit.

a *Ergo ſicut opera*: Bon. *Tò ſicut* non habet.
b *Significautiam quoque*. Hac voce non ſolum Arnobius, Cyprianus, Tertullianus uſi ſunt, ſed Cicero L.1. *de Inventione*: *Ars eſt*, quæ ſignificantiam ſui *plenam non habet* &c.

18.

Sed ut illa [a], quæ fecit, magnam virtutem

a *Sed ut illa*; Al. *Sed ſicut illa*.

tem, ac poteſtatem doctrinæ ejus ſignificabant: ſic ea, quæ paſſus eſt, odio futuram eſſe ſapientiam nuntiabant. Aceti enim potus, ac fellis cibus, acerbitates, & amaritudines, in hac vita, ſectatoribus veritatis policebatur.

19.

Et quanquam paſſio ipſa per ſe acerba, & amara, ſpecimen nobis futurorum tormentorum dabat, quæ morantibus hoc in ſæculo, virtus ipſa proponit: tamen illiuſmodi potus, & cibus, in os doctoris noſtri veniens, preſſurarum [a] nobis, ac laborum, & miſeriarum præbebat exemplum.

a *Preſſurarum*: Pro quacunque Afflictione Præſſuræ vocabulum uſurpari ſolet; eoque utitur Tertull., Cyprianus non ſolum; ſed vetuſtiores utroque.

20.

Quæ omnia tolerare, ac perpeti neceſſe eſt eos, qui veritatem ſequuntur [a], quoniam veritas acerba eſt, & inviſa omnibus, qui virtutis expertes, vitam ſuam mortiferis voluptatibus dedunt.

a *Qui veritatem ſequuntur*. Al. *virtutem*.

21.

Nam corona ſpinea, capiti ejus impoſita, id declarabat, fore, ut divinam ſibi plebem

bem de nocentibus congregaret. Corona enim dicitur circumſtans in orbem populus [a].

a *Corona enim dicitur circumſtans in orbem Populus*: Al. *in orbe*. Sic non veteres ſolum, ut Ovid. L. XIII. *Metam.* fab.1.

Conſedere Duces, & vulgi ſtante Corona.

Sed etiam apud recentiores, præſertim Italos.

22.

Nos autem, qui ante cognitionem Dei [a] fuimus ſpinæ, id eſt, injuſti, mali, & nocentes eramus, ignorantes, quid eſſet bonum, & a juſtitiæ notione, atque operibus alieni, omnia ſcelere, ac libidine polluebamus.

a *Nos autem, qui ante cognitionem Dei* &c. Ex hiſce verbis aliqui erui poſſe ſibi viſi ſunt, Lactantium noſtrum ethnicum aliquando vixiſſe; At conjectura iſta ſine aliis adminiculis ad hoc affirmandum non ſufficit.

23.

Electi ergo ex dumis, & ſentibus [a] ſanctum Dei caput cingimus, quia convocati ab ipſo, & circumfuſi undique ad eum, magiſtro, ac doctori Deo aſſiſtimus, regemque illum

a *Electi ergo ex Dumis, & ſentibus* Betulejus, & alii quidam: *Plexi ergo* &c. Al. *ex divinis aſſenſibus* Al. *ex ſpinis, & ſalcibus*. Al. *ſenſibus*.

illum mundi, & omnium viventium dominum coronamus [b].

b *Dominum coronamus*. Virgil. L.IX. æn. v. 380. *Hinc atque hinc, omnemque abitum cuſtode coronant.*
Sylva fuit, late dumis, atque ilice nigra,
Horrida, quam denſi complebant undique ſentes.
Et S. Paulus ad Philippenſes IV. v. I. *Fratres mei chariſſimi, gaudium meum, & corona mea.*

24.

Quod vero ad crucem ſpectat [a], magna in ea vis, ac ratio eſt, quam nunc conabor oſtendere.

a *Ad Crucem ſpectat*: Al. *an crucem ſpectant*.

25.

Deus namque (ſicut ſuperius expoſui) quum ſtatuiſſet hominem liberare, magiſtrum virtutis legavit in terram, qui & præceptis ſalubribus formaret homines ad innocentiam, & operibus, factiſque præſentibus [a], juſtitiæ viam panderet [b], qua gradiens homo, & doctorem ſuum ſequens, ad vitam æternam perveniret [c].

a *Factiſque præſentibus*: Al. *factis præſentibus*.
b *Viam panderet*: Bon. *penderet*. Al. *vim peteret*.
c *Perveniret*. Al. *pervenit*.

26.

Is igitur corporatus eſt, & veſte carnis indutus [a], ut homini, ad quem docendum venerat, virtutis & exempla, & incitamenta præberet.

a *Corporatus eſt*, *& veſte carnis indutus*. De hiſce loquendi modis jam alibi diximus, eos eſſe Eccleſiaſticorum proprios.

27.

Sed quum in omnibus vitæ officiis, juſtitiæ ſpecimen præbuiſſet [a], ut doloris quoque patientiam, mortiſque contemptum, quibus perfecta, & conſummata ſit virtus, traderet homini, venit in manus impiæ nationis, quum & vitare potuiſſet [b] ſcientia futuri, quam gerebat, & repellere eadem virtute, qua mirabilia faciebat.

a *Specimen præbuiſſet*: I. E. *exemplum*, *& Normam*.
b *Quam*, *& vitare potuiſſet*: Iſæus: *quam ut vitare &c.*

28.

Suſtinuit ergo cruciatus, & verbera, & ſpinas. Poſtremo etiam mortem ſuſcipere non recuſavit, ut homo, illo duce [a], ſubactam & ca-

a *Ut homo*, *illo Duce*: Iſæus: *& ut homo*.

& catenatam mortem cum ſuis tortoribus triumpharet [b].

b *Cum ſuis tortoribus triumpharet* : Al. *cum ſuis erroribus*. Al. *cum ſuis terroribus*. *Triumphare* cum accuſativo apud Authorem *de Viris illuſtribus* cap.LXI reperitur : *Achaos bis prælio fudit, triumphandos Mummio tradidit*. Adde comm. ad eundem.

29.

Cur autem ſummus pater id potiſſimum genus mortis elegerit [a], quo affici eum ſineret, hæc ratio eſt. Dicat enim fortaſſe aliquis, cur ſi Deus fuit, & mori voluit, non ſaltem honeſto aliquo mortis genere affectus eſt? cur potiſſimum cruce? cur infami genere ſupplicii? quod etiam homine libero [b], quamvis nocente videatur indignum.

a *Genus mortis elegerit* : Iſæus : *eligeret*.
b *Quod etiam homine libero* &c. Crux Servorum ſupplicium erat; Unde Juvenal, Sat. v.
Pone Crucem ſervo &c., & Hor. Sat.III. L. I.

30.

Primum quod is, qui humilis advenerat, ut humilibus, & infimis [a] opem ferret, & omnibus ſpem ſalutis oſtenderet, eo genere afficiendus fuit, quo humiles, & infimi ſolent, ne quis eſſet omnino, qui eum non poſſet imitari.

a *Ut humilibus, & infimis* Bon., & Alii quidam *infirmis*; Sed infra : *humiles, & infimi*.

31.

Deinde, ut integrum corpus ejus conſervaretur [a], quem die tertio ab inferis reſurgere [b] oportebat. Nec enim hoc cuiquam ignorandum eſt, quod ipſe ante de ſua paſſione prædicans, etiam id notum fecerit, habere ſe poteſtatem [c], quum vellet, deponendi ſpiritum, & reſumendi [d].

a *Ut integrum corpus ejus conſervaretur*. Al. *ſervaretur*.

b *Ab inferis reſurgere oportebat*. Al. inverſo legunt ordine verborum: *oportebat ab inferis reſurgere*.

c *Habere ſe poteſtatem, quum vellet*: Pronomen, & propoſitio abſunt a noſtro Codice. Vide Joh. x. ℣. 18.

d *Ponendi Spiritum, & reſumendi*; Separandi nimirum animam a corpore; neutrum tamen a Divinitate ſeparandum; quod enim ſemel Divinum Verbum aſſumpſit, numquam dimiſit.

32.

Fixus itaque, quia ſpiritum ſponte depoſuerat [a], neceſſarium carnifices non putaverunt, oſſa ejus ſuffringere [ſicut mos eorum ferebat [b]] ſed tantummodo latus ejus perforaverunt. Sic

a *Fixus itaque, quia ſpiritum ſponte depoſuerat*: Al. *Suffixus igitur quum ſpiritum depoſuiſſet*.

b (*Sicuti mos eorum erat*) Cic. *Pro Roſcio*: *Crura quidem vobis nemo ſuffringet*. Et Plautus *Crucifagum* vacat ſervum, quod crura ejus cruci forte affigenda, eſſent malleo frangenda. Vide Lipſium *de Cruce* L. 11. cap. XIV.

33.

Sic integrum corpus patibulo detractum eſt, & ſepulchro diligenter incluſum. Quæ omnia iccirco facta ſunt, ne læſum, ac diminutum corpus ad reſurgendum inhabile[a] crederetur. Illa quoque præcipua fuit cauſſa, cur Deus crucem maluerit, quod illa exaltari eum fuit neceſſe, omnibuſque gentibus paſſionem Dei noteſcere.

a *Ad reſurgendum inhabile* &c. Non veram rationem heic affert Lactantius, quam apud Joh. cap. xx. ex *Exod.* xii., & *num.* ix. deſcriptam habes; ſed juxta Ethnicorum opinionem loquitur, de qua vide Euſeb. H. Eccl. L. v. cap. i., & Minuc. Felic. in *Octavio*. Nos hac de re agimus diſſ. xxix. cap. ix. §. ix.

34.

Nam quoniam is, qui patibulo ſuſpenditur, & conſpicuus eſt omnibus, & cæteris altior, crux potius electa eſt, quæ ſignificaret illum tam conſpicuum tamque ſublimen futurum, ut ad eum cognoſcendum pariter & colendum, cunctæ nationes ex omni orbe concurrerent[a].

a *Ex omni orbe concurrerent*: Al. *ex terrarum orbe* &c.

35.

Denique nulla gens tam inhumana eſt, nul-

la regio tam remota, cui aut paſſio ejus, aut ſublimitas majeſtatis ignota ſit. [a]

a *Ignota ſit*: Al. *innota*.

36.

Extendit ergo in paſſione manus ſuas, orbemque dimenſus eſt, ut jam tunc oſtenderet, ab ortu ſolis, uſque ad occaſum, magnum populum ex omnibus linguis, & tribubus congregatum, ſub alas ſuas eſſe venturum, ſignumque illud maximum, atque ſublime, frontibus ſuis ſuſcepturum. [a]

Cu-

a *Frontibus ſuis ſuſcepturum*. Jam ſupra ad c. XVIII. *Crucem Sanctam* appellaverat Lactantius noſter, & heic, de potentiſſimo Crucis ſigno, quo frontem inſignire conſueverunt à primis Eccleſiæ ſæculis Chriſtiani, ſermonem inſtituit, quem iterum in libro de M. P. c. X. reaſſumit. Pudet propterea heic Gallæi blaſphemias, ac impudentes calumnias refellere, quum ibidem, & in diſſ. XXXII. cap. V. hac de re luculenter à nobis diſputatum ſit. Id tamen notandum cenſeo, quod homo ignorantiſſimus adverſus nos verbà illa recitat S.P.N. Cyrilli Cathec. XIII. quibus ipſe & ſui gregis omnes convinci, ac refutari pleniſſime poſſunt; Nimirum: *Quum de Domino, Cruceque contra infideles quæſtio erit, prius ſtatue manu tua ſignum; & obmuteſcet contradictor*. Contendit autem hæc non de virtute *Sanctæ Crucis*; Sed de Chriſtianorum more intelligenda eſſe, quatenus eis pudere non debet, ſe Crucifixi diſcipulos profiteri; ſed vide ad caput ſequens Seg. I. nota prima.

37.

Cujus rei figuram Judæi etiam nunc exhibent, cum limina ſua de cruore agni notant [a]. Deus enim percuſſurus Ægyptios, ut ab ea plaga immunes faceret Hebræos, præceperat his, ut agnum candidum, ſine macula

---

a *Cujus rei figuram Judæi etiam nunc exibent, quum limina ſua de cruore agni notant.* Hebræi quid ſibi voluiſſet Agni Paſcalis cruor domorum poſtibus a ſuis majoribus ſparſus, nec credentes in eo adumbratam fuiſſe Chriſti Domini Paſſionem, ritum illum Lactantianis quoque temporibus frequentabant, putantes fortaſſe ſanguinem illum amuleti genus eſſe ad dæmonas repellendos, ut Rabbinorum quidam ſomniavit. Gallæus heic: *Sic etiam*, inquit *ſenſit Hieronymus in Eſaiam Cap. LXVI. Sed hæc ab illo gratis*, & *temere*, ut *& a Lactantio dicuntur. Nullibi in S. Script. patet hoc a Deo fuiſſe mandatum, imo in crucis formam ſanguinem fuiſſe illitum non poteſt dici, ſiquidem Judæi Ἰπέρθυρον non ſolum, verum etiam poſtes cruore agni notabant* &c. *An non juſtius*, etiam heic Bernardus diceret, ut in Epiſt. CXC. *os loquens talia fuſtibus tunderetur, quam rationibus refelleretur?* Lactantius quippe rem geſtam narrans, ſanguinis qualemcumque aſperſionem figuram typicam fuiſſe dicit dominicæ paſſionis, ac *rerum futurarum*, Gallæus vero, Crucis imaginem Sanguine Agni efformatam in liminibus domorum Judaicarum comminiſcitur, Lactantioque affingit, quod is heic nullimodi tangit. De Hieronymo vero in ſequenti dicemus.

immolarent, ac ſignum liminibus ſuis de ſanguine ejus imponerent [b].

b *Ac ſignum liminibus ſuis de ſanguine imponerent:* ſecundum ea, quæ habentur Exod.XII. ℣.7. S. Hieronymus ad Eccleſ.cap.LVI. ℣.19. reſpiciens ad id, quod habetur Ezech. ix. ℣. 6. *Omnem autem, ſuper quem videritis Thau, ne occidatis:* inquit: *Hoc & poſtes domorum in Ægypto ſignabantur, quando pereunte Ægypto ſolus Iſrael manſit illæſus*. Quid facto congruentius? Quid explanationi aptius dici poterat? Exponens autem laudata Ezechielis verba L. c. ait: *Antiquis Hebræorum litteris, quibus buſque hodie utuntur Samaritani, extrema Thau littera crucis habet ſimilitudinem, quæ in Chriſtianorum frontibus pingitur, & frequenti manus inſcriptione ſignatur*. En in Scripturis Sanctis expreſſum, quod ſignum Crucis in forma Thau formata, homines ab internicione ſervabat. Nam elementum illud, Samaritano more exaratum, Crucis quadratæ refert imaginem, ut ex Walt. editione L. c. & ex Vaticano antiquiſſimo *Alphabeto* apparet. Non ergo Hieronymus, aut Lactantius quicquam heic temere, aut gratis dixere, ſed Gallæus impudentiſſime mentitus eſt.

38.

Itaque quum Ægyptiorum primogenita [a] una nocte interiſſent, Hæbrei ſoli ſigno ſanguinis tuti fuerunt, non quia cruor pecudis [b] tantam in ſe vim gerebat

a *Primogenita* Al. *Primogeniti*.
b *Non quia cruor pecudis* &c. Theodoret. Quæſt. xxiv.

bat, ut hominibus ſaluti eſſet, ſed imago fuerat rerum futurarum:

xxiv. in Exod. *Non quod*, inquit, *incorporea natura hujusmodi ſigni egeret. ſed quia conveniebat, ut per Symbolum intelligerent illi providentiam divinam, & nos quum agnum immaculatum ſagrificamus, cognoſceremus ante deſcriptum fuiſſe typum.*

39.

Nam agnus candidus ſine macula Chriſtus fuit, id eſt, innocens, & juſtus, & ſanctus, qui ab eiſdem Judæis immolatus, ſaluti eſt omnibus, qui ſignum ſanguinis, id eſt crucis, [a] qua ſanguinem fudit, in ſua fronte conſcripſerint. Frons enim ſummum limen eſt hominis, & lignum ſanguine delibitum [b], crucis ſignificatio eſt. De-

a *Qui ſignum Sanguinis, id eſt Crucis* &c. S. Auguſtinus Tract. L. in Joh. cap. xii. *Sanguine*, inquit, *occiſi pecoris Judæorum poſtes ſignati ſunt: Sanguine Chriſti frontes noſtræ ſignantur; Et illa ſignatio, quia erat ſignificatio, dicta eſt a domibus ſignatis exterminatorem prohibere: Signum Chriſti a nobis repellit exterminatorem, ſi noſtrum recepiat Salvatorem. Quare hoc dixit? Quia multi poſtes habent ſignatos, & intus non manet habitator.*

b *Et lignum ſanguine delibitum*: Al. *Et limen*: Al. *Et Signum* Bon. *dilibatum*. Noſtra lectio optima eſt, & *lignum* in ea poſtes ſignificat, quæ ex ferro notiſſimum eſt & ligno conſtare: unde Virgilius L. II. æn. ℣. 492.

.... Labat ariete crebro.
Janua, & emoti procumbunt cardine poſtes.

40.

Denique immolatio pecudis ab iis ipſis, qui faciunt, paſcha nominatur [a] *ἀπὸ τῦ πάσχειν* [b], quia paſſionis figura eſt [c], quam Deus, præſcius futurorum, tradidit per Moſen populo ſuo celebrandam.

a *Immolatio pecudis ab iis ipſis, qui faciunt, Paſcha nominatur.* Paſchæ vocabulum plurimas apud Judæos ſignificationes habuit, inter quas etiam iſta, de qua heic loquitur Lactantius, ut facile eruitur ex illo Exod.XII.℣. 48. apud LXX., ubi legitur: *Si quis advenerit ad vos proſelytus ad faciendum Paſcha Domino &c.*

b *ἀπὸ τῦ πάσχειν*: A noſtro Codice hæc omnino abſunt, ſicuti etiam ab aliis pleriſque, ut de Codice Ms. Longobardico teſtatur Aldus, ac editores, qui illa prorſus omiſerunt. Ne tamen fugere difficultatem videar, quam huic plurimi movent vide diſſ. XXI. §. VIII.

c *Quia Paſſionis figura eſt &c.* Etenim, ut ait Apoſtolus I. ad Corinth. Cap. V. ℣. 7. *Paſcha Noſtrum immolatus eſt Chriſtus*, Præcurſore demonſtrante: *Ecce Agnus Dei* eſt, *qui tollit peccatum mundi* Joh. I. ℣.29.

41.

Sed tum figura valuit [a] in præſenti ad depellendum periculum, ut appareret, quantum veritas ipſa valitura ſit ad plebem Dei protegendam in extrema [b] totius orbis neceſſitate. Quo-

a *Sed tum figura valuit ... ut appareret* Al. *Sed tamen .... ut appareat.* Al. Sed tum .... *ut apparet.*

b *In extrema*: Bon. Omiſſa propoſitione abſolute legit: *extrema*.

42.

Quomodo autem, vel in qua plaga tuti omnes ſint futuri [a], qui ſignum hoc veri, & divini ſanguinis in ſummo corporis ſui [b] notaverint, in noviſſimo libro docebo.

a *Vel in qua plaga tuti omnes ſint futuri*: Bon. *Vel qua plaga tuitiones futuras, &c.*
b *In ſummo corporis ſui*; Al. *In ſummo corporis ſui loco*.

CAP. XXVII.

I.

Nunc ſatis eſt, hujus ſigni potentiam, quantum valeat; exponere [a]. Quanto terrori ſit dæmonibus hoc ſignum, ſciet, qui vide-

a *Nunc ſatis eſt hujus ſigni potentiam, quantum valeat expònere*. Al. *de hujus ſigni potentia*. Betulejus S. Crucis potentiam cum in morbis pellendis, tum in fugandis Dæmonibus a temporibus uſque Apoſtolorum longa heic oratione profitetur. Contra vero Gallæus: *etiam ex hoc loco*, inquit, *argumentantur Papiſtæ pro efficacia Crucis, & figurationis illius geſticulatione; ſed reſpondeo, Lactantium, pluſquam par eſt, tribuere ſigno Crucis, quando dicit dæmonibus illum eſſe terrori. Non terrentur crucis ſigno, ſed Cruce ipſa, hoc eſt morte Chriſti in Cruce perempti &c.* Quaſi a nobis credatur, in

viderit, quatenus adjurati per Chriſtum de corporibus, quæ obſederint, fugiant.

in Crucis ſigno, aut imagine aliqua virtus, ſeu divinitas ineſſe, quæ a Chriſto Domino non trahat originem: aut nudum ſignum colamus; in eo fiduciam, religionemque figentes, veluti olim a Gentibus fiebat in idolis ſuis ſpem omnem collocantes. At. Dæmones ipſi hanc impoſturam refellunt; *Quando enim*; ut S. Cyrillus ait, quem nobis objecerat paullo ſupra Gallæus, *perditi illi ſpiritus viderint Crucem, recordantur Crucifixi. Metuunt enim eum, qui contrivit capita Draconis. Neque propterea quod eſt gratuitum, contemnas hoc ſignaculum; ſed ideo magis venerare benefactorem*. Catech. XIII., ad quam ablego lectorem meum.

2.

Nam ſicut ipſe, quum inter homines ageret[a], univerſos dæmones verbo fugabat, hominumque mentes emotas, & malis incurſibus furiatas, in ſenſus priſtinos reponebat: ita nunc ſectatores ejus, eoſdem ſpiritus inquinatos de hominibus, & nomine magiſtri ſui[b], & ſigno paſſionis excludunt.

Cu-

a *Quum inter homines ageret.* Al. *vagaret*.

b *Et nomine Magiſtri ſui, & ſigno paſſionis excludunt.* Iterum heic mentitur Gallæus inquiens: *Non dicit author noſter, nudo illo crucis ſigno, ut in Papatu, expelli illos, ſed*, & nomine magiſtri, & ſigno paſſionis, *quod & nos concedimus*. Concedat ergo oportet nomen, & crucem Chriſti adorari debere ab hominibus,

nibus, quoniam utrumque ſignum dæmonas profligat, & terret, & utrique cedere coguntur. Nec dicat: *illo dumtaxat tempore donum miraculorum adhuc vigebat in Eccleſia, quod nunc, propter ſatis confirmatam Evangelii ceſſat veritatem plane*. Nam, quamquam frequentiora primis Eccleſiæ ſæculis miracula Deus patraverit, non tamen hujuſmodi teſtimoniis veram fidem expoliavit. Adimplet enim in dies quod olim eſt pollicitus apud Marc.c.XVI. ℣.17. dicens: *Signa autem eos,qui crediderint, hæc ſequentur: In nomine meo. Dæmonia elicient*, &c. vide Auguſt. *de Vera Relig*. Cap. XXV. S. Greg. M. *Hom*. XXIX. *in Evang*. alioſque expoſitores apud Maldon. L. C. & diſs. noſtrum XXX. Cap. I. §. II.

3.

Cujus rei non difficilis eſt probatio. Nam quum Diis ſuis immolant, ſi aſſiſtat aliquis ſignatam frontem gerens, ſacra nullo modo litant [a].

Nec reſponſa poteſt conſultus reddere vates.

Et

a *Sacra nullo modo Litant*. In Libro *de Mortibus Perſecutorum*, quem Lactantio vindicavimus, Cap. X. ſeg. 2. Is hæc narrat: *Immolabat pecudes*, & *in jecoribus earum ventura quærebat. Tum quidam miniſtrorum ſcientes Dominum, quum aſſiſterent immolanti, impoſuerunt frontibus ſuis immortale ſignum. Quo facto fugatis Dæmonibus, ſacra turbata ſunt. Trepidabant aruſpices, nec ſolitas in extis notas videbant*; & *quaſi non litaſſent, ſæpius immolabant*. *Lito* enim non ſolum *ſacrificare*, ſed *Deos ſibi placare, propitios*, ac *futu-*

Et hæc ſæpe cauſſa præcipua juſtitiam perſequendi, malis regibus fuit.

futuri declaratores fieri, apud Ethnicos ſignificabat. Vide apud Livium L. XLI. cap. xv., ubi compoſitum *perlitare* uſurpat, & ex hiſtoria ſignificatum exponit. Iccirco appoſite verſum virgilii ex Georg. L. II. ℣. 491. ſtatim heic de more recitavit Lactantius.

4.

Quum enim quidam miniſtrorum noſtri ſacrificantibus dominis [a] aſſiſterent [b], impoſito

a *Quum enim quidam miniſtrorum noſtri ſacrificantibus Dominis aſſiſterent* &c. Iiſdem fere verbis eandem hiſtoriam, quam ſupra ex L. *de Mortibus Perſecutorum retulimus*, heic Lactantius exhibet; ſed variant mirabiliter Codices Mſs., ac typis editi libri in verbis recenſitis. Al. enim legunt: *Quidam Miniſtrorum e Cultoribus Dei* Al. *Quidam noſtrorum* Al. *quidam Miniſtrorum noſtrorum*. Barthius *Adverſ.* L. LXI. cap. xxvii. Legendum putat: *Myſteriorum*. Nos autem nihil mutandum cenſemus, quamquam aliquando loco *noſtri*: ex nostris fortaſſe magis placuit. Nobiſcum legit in ſua editione Paulus Mannuccius, Aldi F., nec quicquam in margine immutavit Aldus Filius ejus ex Cod. Longobardico, aut ex Taxaquetiano, ut ſolet in cæteris variantibus.

b *Sacrificantibus Dominis*: Al. *Dæmonibus*. Domini hi fuerunt Diocletianus, & Herculius Imperatores, ut ad L. C. *de Mortibus Perſecutorum* viſuri ſumus; iccirco legiſſem: *noſtris ſacrificantibus Dominis*; nam Diocletianus Lactantium ad Literas orato

to frontibus ſigno deos illorum [c] fugaverunt, ne poſſent in viſceribus hoſtiarum futura depingere [d].

torias docendas in Bithyniam acciverat ex L. v. cap. II. S. 2., & diſs. VII. cap. II. §. XI., ibidemque tunc præſens erat. Sed conjecturis lectiones vitiantur, non corriguntur.

c *Deus illorum* Al. *eorum*.

d *Futura depingere*. In extis animalium ſagrificatorum ſigna quædam ſive natura, ſive arte, aut ope Dæmonum efformata, Aruſpices interpretabantur, ita ut ex eorum indiciis reſponſa darentur iis, qui aliquid futurum ſcire per eos optaſſent. Tacita dicebantur quum, in illis nihil divinationi aptum animadverti poterat; fatidica vero quando elixa, ſeu verubus tranſuta ſuper ponebantut aris, & conſpicuum aliquod oſtendebant. Exta autem proprie interna viſcera, uti cor, pulmo, lien, jecur, & ventriculus appellari conſueverant, a quibus inſpiciendis facta eſt vox *extiſpicium* ad vanam hanc divinationis ſpeciem ſignificandum, de qua vide diſs. XXVII. Cap. II. §. III.

5.

Quod quum intelligerent aruſpices, inſtigantibus iiſdem dæmonibus, quibus proſecrarant [a], conquerentes, profanos homines ſacris intereſſe [b], egerunt principes ſuos in fu-

a *Proſecrarant* Bon *proſecrant* Al. *proſecant*, aut *proſecabant*, & *præſecabant*: Hoc verbum uſurpatum a Lactantio eſt etiam ſupra L. III. cap. XX. ſeg. 16.

b *Profanos homines ſacris intereſſe*: Profanum id pro-

furorem [c], ut expurgarent Dei templum, ſeque vero ſacrilegio contaminarent [d], quod graviſſimis perſequentium pœnis expiaretur [e]. Neç

proprie dicitur, quod ad ſacra agitando non pertinet; quum autem ad homines refertur, hi profani dicuntur, qui iiſdem ſacris non ſunt initiati, ac proinde Fana intrare non poſſunt; unde apud Virgil. vi. æn. v. 258.

.... Procul, o procul eſte profani.
Conclamat vates.

c *Egerunt principes ſuos in furorem*, ut *expurgarent Dei templum*: Al. *adegerunt* &c. Aldus *ut expugnarent* Bon. *in furore* Al. *principes ipſos*. Lectio noſtra aptior videtur, & dignior; nam *agere in furorem* latine dicitur melius quam *adigere*. Sic pariter *expurgare templum*, veluti a profanis pollutum, conſone ſcribitur ad ea quæ præceſſerunt; nec ſequentibus repugnat; quoniam principes illi inde ad perſequendos fideles Christi moti ſunt, ne ſacra eorum & templa profanarentur in poſterum ab iiſdem, adverſus quos ea omnia patrabant, quæ in libro de M. P. cap. x., & ſequenti referuntur, & lucem præferunt ad hæc non minus, quam ad ea illuſtranda, quæ L. v. cap. II. narrantur.

d *Seque vero ſacrilegio contaminarent*. Bon. *Sed quae vero*. Diocletianus *ira furens ſacrificare non eos tantum, qui ſacris miniſtrabant, ſed univerſos, qui erant in palatio juſſit; & in eos, ſi detrectaſſent, verberibus animadverti*. Ex L. c. de M. P.

e *Quod graviſſimis perſequentium pœnis expiarent*. Reſpicere omnino videtur ad cap. 1. ſeg. ultimo L. de M. P. ubi ait; *quibus pœnis in eos Caleſtis judicis ſeveritas vindicaverit, exponam*.

6.

Nec tamen ex hoc ipſo cæci homines intelligere poſſunt, aut hanc eſſe veram religionem, cui ad vincendum tanta vis ineſt, aut illam falſam, quæ ſubſiſtere [a], aut congredi non poteſt.

a *Subſiſtere*; I.E. *ſtare, perſiſtere* &c. Bon. *ſuſtinere.*

7.

Sed ajunt: *hoc Deos non metu* [a], *verum odio facere*: quaſi quiſquam poſſit odiſſe niſi eum, qui aut noceat, aut poſſit nocere: imo vero congruens majeſtati fuit, ut eos, quos oderant, præſentibus pœnis afficerent potius, quam fugerent [b].

a *Non metu*: In editione Tomaſiana & Antuerpienſi, *non natu* ubi Schottus correctionem adjecit; *non metu*.

b *Quam fugerent*; Al. *quam fugeret*.

8.

Sed quoniam neque accedere ad eos poſſunt, in quibus cæleſtem notam viderint [a], nec iis nocere, quos ſignum immortale [b] mu-

a *Cæleſtem notam viderint*. Quum hæc ſcribebat Lactantius jam fortaſſe Conſtantinus in ſole viderat Crucis ſignum, & iccirco illud notam Cæleſtem appellat.

b *Signum immortale*. Characterem intellige, quo in-

nierit, tanquam inexpugnabilis murus, laceſſunt eos per homines c, & manibus perſequuntur alienis. Quos profectò ſi eſſe confitentur, vicimus d.

---

indelebilem notam anima noſtra in regenerationis lavacro ſuſcipit, æternum cum ipſa perſeveraturum.

c *Laceſſunt eos per homines*; Confer ea, quæ habet L. v. cap. xx. ſeg. 3.; & 6.

d *Quos profectò ſi eſſe confitentur, vicimus*; Scilicet ſi Ethnici confiteantur, Dæmones eſſe quales hactenus Lactantius deſcripſit, victoria de illis Chriſtianis debetur ob rationes, quas noſter ſtatim affert.

9

Neceſſe eſt enim, veram eſſe hanc religionem, quæ & rationem dæmonum a novit, & aſtutiam intelligit, & vim retundit, & eos ſpiritualibus armis domitos, ac ſubactos, cedere ſibi cogit.

---

a *Rationem Dæmonum* I. e. naturam, atque eſſentiam.

10.

Si negant, teſtimoniis poetarum, ac philoſophorum refellentur. Quod ſi eſſe, inficias non eunt, quid ſupereſt, niſi ut alios dicant eſſe deos, alios dæmones?

11.

Exponant igitur nobis differentias generis utriuſque, ut ſciamus, quid colendum, quid exe-

execrandum ſit[a]. Habeant ne inter ſe aliquod conſortium, an vero inimici ſint? Si ſunt aliqua neceſſitudine copulati, quatenus eos diſcernemus? aut quomodo utriuſque generis honorem, cultumque miſcebimus? Si autem ſunt inimici, cur aut dæmones deos non timent, aut dii dæmones fugare non poſſunt?

a *Ut ſciamus, quid colendum, quid execrandum ſit*. Nulla heic de Angelis ſanctis mentio fit, quam ſi quæris, vide L.I. c. vi 1. ſeg.7. & L.II. c. ix. ſeg. 3.

12.

Ecce aliquis[a] inſtinctu dæmonis percitus dementit, effertur, inſanit: ducamus hunc in Jovis optimi maximi templum, vel, quia ſanare homines Jupiter neſcit, in Æſculapii, vel Apollinis fanum. Jubeat utriuslibet Sacerdos[b], Dei ſui nomine, ut nocens ille ſpiri-

a *Ecce aliquis* &c. Energumenum deſcribit, qualem apud S. Marcum cap. v. a verſ. 2. illum fuiſſe legimus, *qui domicilium habebat in monumentis, & neque catenis jam quiſquam poterat eum tenere: quoniam ſæpe compedibus, & catenis vinctus, dirupiſſet catenas, & compedes comminuiſſet, & nemo poterat eum domare, & ſemper die, ac nocte in monumentis, & in montibus erat clamans, & concidens ſe lapidibus*. De homine enim ſanando hæic Lactantius loquitur. Unde perperam de vate quopiam, inſtiuctu Dæmonum furente Lactantium locutum putant cum Gallæo, quidam Heterodoxorum.

b *Jubeat utriuslibet Sacerdos*: Bon. *utriuſque ſacerdos*.

ritus excedat ex homine [c]: nullo id pacto fieri poteſt.

c *Ut nocens ille ſpiritus excedat ab homine*. Vide heic explanationem noſtram confirmari.

13.

Quæ igitur vis deorum eſt, ſi ſubjectos ſibi dæmones non habent? At vero iidem dæmones adjurati per nomen Dei veri [a], protinus fugiunt.

a *Dei veri*. Al. *veri Dei*. Al. *Dei vivi*.

14.

Quæ ratio eſt, ut Chriſtum timeant, Jovem non timeant [a], niſi quod iidem ſunt dæmones, quos vulgus deos eſſe opinatur? Denique ſi conſtituatur in medio & is, quem conſtat incurſum dæmonis perpeti, & Delphici Apollinis vates [b], eodem modo Dei nomen

a *Jovem non timeant*. Al. Jovem autem non timeant.

b *Delphici Apollinis vates*: Vates apud Ethnicos non ſolum Poetæ, verum etiam Divini dicebantur, Divinorum autem Vatum duo erant genera: ſimplex unum, ut apud Virgilium Helenus, qui Apolline plenus futura prædicere putabatur æn. III. ℣. 433. alterum autem per furorem, ut Sibyllæ Unde Cicero *de Divinatione*. ait. *Huic præſtantiſſime rei nomen noſtri a Divis; Græci, ut Plato interpretatur, a furore*

men horrebit, & tam celeriter excedet de vate ſuo Apollo [c], quam ex homine ſpiritus ille dæmoniacus, & adjurato, fugatoque Deo ſuo, vates in perpetuum conticeſcet. Ergo iidem ſunt dæmones, quos fatentur execrandos eſſe, iidem dii, quibus ſupplicant.

tore duxerunt. Prorſus furoris divinationem Sibyllinis maxime verſibus contineri arbitrati. Immo aliquando dii ipſi vates dicti ſunt, ut apud Virgilium æn. VI. 11. ubi de Sibylla loquens ait.

. . . . . . Magnam cui mentem, animumque.
Delius inſpirat Vates.

c *De vate ſuo Apollo*: Iſæus *De vaſe ſuo* &c. Dæmon enim, qui vaticinanti aſſiſtebat, Jeſu nomine territus non ſolum Energumenum, verum etiam vatem ſuum deſerere cogitur.

15.

Si nobis credendum eſſe non putant, credant Homero [a], qui ſummum illum Jovem dæmonibus aggregavit, ſed & aliis poetis, ac philoſophis, qui eoſdem modo dæmonas, modo deos nuncupant, quorum alterum falſum eſt. Illi

a *Credant Homero*. Ilied. L. I. à ỳ. 226. de Pallade dicit Homerus.

. . . : Hæc autem Cælum aſcendit
In domos Ægiochi Jovis ad Dæmonas alios.

Vide ad Lib. I. cap. VII. Div. Inſt. Seg. 8.

16.

Illi enim nequiſſimi ſpiritus, ubi adjurantur, ibi ſe dæmonas confitentur: ubi coluntur, ibi ſe deos mentiuntur, ut errores hominibus immittant, & avocent a veri Dei notione [a], per quam ſolam poteſt mors æterna vitari.

a *Et avocent a veri de natione*. Al. *Avvocant*.

17.

Iidem ſunt, qui dejiciendi hominis cauſſa, varios ſibi cultus, perverſa religione [a] condiderunt, mentitis tamen, aſſumptiſque nominibus, ut fallerent. Nam quia divinitatem per ſeipſos affectare non poterant, aſciverunt ſibi nomina potentium regum, ſub quorum titulis honores ſibi deorum vindicarent.

a *Perverſa religione*. Al. *per diverſas regiones*. Aldus *per diverſa religionum*.

18.

Qui error diſcuti poteſt, & in lucem veritatis protrahi. Nam ſi quis ſtudet altius inquirere, congreget eos, quibus peritia eſt ciere ab inferis animas. Evocent Jovem [a], Neptunum, Vulcanum, Mercurium, Apol-

a *Evocent Jovem &c.* Imperatores Romanorum, quum

Apollinem, patremque omnium Saturnum, Reſpondebunt ab inferis omnes, & interrogati loquentur, & de ſe, ac Deo [b] fatebuntur.

---

quum Civitatem aliquam obſidione, & armis ſubjicere ſibi volebant, ante quam opus militare aggrederentur, Deos tutelares illius Urbis evocabant, quod aut aliter Urbem capi poſſe non crederent, aut etiam ſi poſſet, nefas exiſtimarent, Deos habere captivos, ut narrat Macrob. L. III. Sat. cap IX. Non tamen heic de hac evocatione loquitur Lactantius, ſed de ea, de qua fit mentio L.I. Reg. cap. XXVIII ℣. 14. Ubi Mulier habens Pythonem ad preces Saulis Samuelem ſuſcitaſſe dicirur. *Et ait Mulier ad Saul Deos vidi aſcendentes de terra*: Ubi videndi ſunt Interpretes. Nos autem de eà egimus Diſſ. XXVII. cap. II.

b *Et de ſe, ac Deo*: Al. *de ſe, & de Deo*. Al. *de ſe, & Deo*.

19.

Poſt hæc evocent Chriſtum, non aderit, non apparebit: quia non amplius quam biduo apud inferos fuit [a]. Quid hac probatione cer-

---

a *Quia non amplius quam biduo apud Inferos fuit*. Duo heic, unum nobis, aliud Lactantio noſtro à Gallæo obiciuntur; ait enim *Chriſtum fuiſſe apud Inferos, ſano modo eſt intelligendum: non enim putandum, Chriſtum localiter deſcendiſſe in infernum, ut ſomniant Papiſtæ: ſed illum ſuſtinuiſſe ſummas anguſtias, & maximos dolores. Ceterum maxime errat Lactantius Chriſtum tantum biduo apud inferos fuiſſe; tres enim dies a mor-*

certius proferri poteſt [b]?

a morte tamquam captivus in Sepulchro fuit, & hinc tertio die reſurrexit, ut habet Symbolum. Quantum ad nos attinet, ſaltem temerarius eſt in prima propoſitione Gallæus: it enim adverſum Patrum omnium Sententiam, qui explicant illud Pſal. xv. v. 10. *Quoniam non derelinques animam meam in inferno*, quod in Actis Apoſt. cap.II. v. 27. de Chriſto Domino clariſſime prænunciatum eſſe divinus hiſtoricus narrat. Illuc quippe Chriſti Anima deſcendit, non ut Calvinus ait apud Bellarm. L.IV. *de Chriſti anima*, ut damnatorum pænas, ac dolores ſubiret, ſed, uti S. Hieronym. docet, *ut electos ſuos ejiceret, & Diabolum ligaret*. Qua autem ratione inter Papiſtas Calvinum collocaverit Gallæus mihi non conſtat. Id vero quod contra Lactantium de biduo dixit, ſpeciem habet veritatis; ſed minime erravit Lactantius, nam ſi numerentur horæ quibus dies naturalis abſolvitur, vix quadraginta, & octo horarum ſpatio Anima Chriſti apud Inferos, & Corpus ejus in Sepulcro moram ſejunctim duxere: quamvis, diverſa ſupputatione facta, de fide certum ſit, tertio a morte die a mortuis ſurrexiſſe, ut in Symbolo profitemur. Vide diſs. xxix. cap. x. a §. I. ad III.

b *Proferri poteſt?* Al. *aſſerri*.

20.

Ego vero non dubito, quin ad veritatem Triſmegiſtus hanc aliqua ratione pervenerit, qui de Deo Patre omnium, & de filio [a] locutus

tus

a *De Deo Patre omnium, & de Filio*, Al. *omnia* Al. *omnino*. Aldus nobiſcum legit.

tus eſt multa, quæ divinis continentur arcanis.

CAP. XXVIII.

1.

QUæ quum ita ſe habeant [a], ut oſtendimus, apparet, nullam aliam ſpem vitæ homini eſſe propoſitam, niſi ut abjectis vanitatibus, & errore miſerabili, Deum cognoſcat, & Deo ſerviat; niſi huic temporali renuntiet vitæ, ac ſe rudimentis juſtitiæ ad cultum veræ religionis [b] inſtituat.

a *Quæ quum ita ſe habeant*: Bon. *ſe habent*.
b *Ad cultum veræ religionis*. Iſæus tertiam vocem omiſit.

2.

Hac enim conditione gignimur [a], ut generanti nos Deo, juſta, & debita obſequia præbeamus, hunc ſolum noverimus, hunc ſequamur.

a *Hac enim conditione gignimur*: I. E. ad hoc ſiquidem nati ſumus.

3.

Hoc vinculo pietatis obſtricti Deo, & religati ſumus [a], unde ipſa religio nomen acce-

a *Et religati ſumus*. Bon. *obligati ſumus*. Prave, ut quæ ſequuntur manifeſte demonſtrant.

cepit [b] non , ut Cicero interpretatus eſt , à re-

re-

b *Unde ipſa religio nomen accepit*. Circa derivationem vocis iſtius tres ſunt opiniones : antiquior eſt Servii Sulpicii Juriſconſulti , C. Aquilii Galli diſcipuli , de quo Pontacus ad Chron. Euſebii . Is apud Macrob. L. III. Satur. cap. III. religionis vocabulum a *relinquendo* derivatum putat ex illis Virgilii Carminibus L. VIII. æn. a ℣. 597.

Eſt ingens gelidum lacus prope Cæretis amnem ;
Relligione Patrum late ſacer: undique colles
Incluſere cavi, & nigra nemus abiete cingit.

Sed ratio nulla adduci ex his poteſt , quæ potior ſit pro Serviana , quam pro Lactantiana derivatione , ut infra oſtendemus . Secunda eſt Ciceronis , qui Religionem a relegendo deductam putat , eamque heic egregie Lactantius refellit . Tertia demum , ejuſdem Lactantii eſt qui hujus vocis radicem a religando ſumi debere demonſtrat . Eandem non ſolum probaſſe videntur Ambroſius , Auguſtinus , Hieronymus , verum etiam iidem,qui pro contrariis ſtare cenſentur. Et in primis ex iiſdem,quos ſupra laudavimus Virgilii verſibus , ex quibus locus deſcribitur non relictus ; ſed potius undique cinctus , & veluti duplici aggere, collium nimirum , atque arborum , circumvallatus . Unde alter *Servius*,ſcilicet *Marius*, ſeu *Maurus Honoratus* , profeſſione Grammaticus , qui in Virgilium erudoſiſſima edidit commentaria , quique ab Acrone ad Horatii L. I. Satyr. IX. ℣. 79. *Magiſter Urbis* dicitur, exponens illud Virgilii ℣. 249. ejus libri VIII.

Jam tum Relligio providos terrebat Agreſtes .

ait . RELIGIO ; *id eſt metus , eſt ab eo quod mentem religet , dicta Religio .* His adde Nigidium Figulum ,

vir ;

Digitized by Google

relegendo, qui in libro de natura deorum ſecundo dicit ita :

virum, Varrone teſte, doctiſſimum, qui quum apud Gellium L. IV. cap. IX. illud ignoti authoris recitaſſet carmen :

Religentem eſſe oportet, religioſum nefas.
Quo circa, inquit, *religioſus is appellabatur, qui nimia, & ſuperſtitioſa religione ſeſe alligaverat.* Demum Tullium ipſum adjungimus, qui in Oratione pro *domo ſua* n. 124. ait: *Numquid igitur is bona Lentuli religionibus religavit?* Iccirco Erudidiſſimus Cajetanus jure, & merito in Comm. ſuo ad 2. 2. D. Thom. quæſt. LXXXI. A. 1. Lactantianam hujuſce Vocabuli derivationem cæteris omnibus prætulit.

4.

Non enim philoſophi ſolum, verum etiam majores noſtri ſuperſtitionem a religione ſeparaverunt. [a] *Nam qui totos dies precabantur, & immolabant, ut ſui ſibi liberi ſuperſtites eſſent, ſuperſtitioſi ſunt appellati.*

[a] *Superſtitionem a religione ſeparaverunt*: Al. *Superſtitionem, ac religionem*. Etiam Heterodoxi, & quod mirabilius eſt, Athei quoque eas ſeparant; ſed o quam infeliciter, ac perverſe. Vide diſs. XXVII. cap. II. §. 1.

5.

Qui autem omnia, quæ ad cultum deorum [a] *pertinerent, retractarent, & tanquam relegerent, ii dicti ſunt religioſi ex relegendo,*

do, tanquam ex eligendo elegentes [b], *& ex deligendo diligentes, ex intelligendo intelligentes. His enim verbis omnibus* [c] *ineſt vis legendi, eadem, quæ in religioſo. Ita factum eſt in ſuperſtitioſo, & religioſo, alterum vitii nomen, alterum laudis.*

a *Quæ ad cultum Deorum pertinerent, retractarent, & tamquam relegerent*: Obſerva heic, quod tam verbum *retracto*, quam verbum *relego*, non ſignificant id quod vulgo præſeferre creditur; ſed potius *iterum tractare, iterum legere, ſedulius, ac diligentius idem agere.*

b *Ex eligendo elegentes*. Al. *eligentes*: etiam in vulgatis Tullii Opp.

c *His enim verbis omnibus*. Sic etiam Schottus. Al. tertiam vocem omittunt.

6

Hæc interpretatio quam inepta ſit, ex re ipſa licet noſcere [a]. Nam ſi in iiſdem diis colendis & ſuperſtitio [b], & religio verſatur, exi-

a *Licet noſcere*; Al. *licet cognoſcere*. Betulejus ad hujus capituli initium ait: *Convellit Ciceronis differentiam, quam inter religionem Chriſtianorum, & ſuperſtitionem poſuit: probans religionem Chriſtianorum, ſuperſtitionem vero Gentilium eſſe. Memineris tu interim hæc argumenta non minus contra Gentilitiam, quam contra Romanam δυσιδαιμονίαν valere*. Revera tamen ſi quod res eſt dicere velimus, nec Ciceronem, nec Lactantium heic intellexit homo irreligioſus, ut legenti patebit nota ſequenti.

b *Si in ejuſdem diis colendis & ſuperſtitio, & religio*

exigua, vel pctius nulla diſtantia eſt.

ligio verſatur &c. Vis Lactantiani argumenti non in ſolo modo, quo Dii ab Ethniciis colebantur, ſita eſt; ſed præcipue in *objecto cultus*. Nulla enim eſt ea religio, qua id colitur, quod eſt execrandum; & iccirco ſive ſemel, ſive ſæpe Deos colerent, nihil, aut parum inter utrumque cultum poterat eſſe diſtantiæ. Vide infra ad ſeg.11.

7.

Quid enim mihi affert cauſſæ [a], cur precari pro ſalute filiorum ſe nel religioſi, & idem decies facere, ſuperſtitioſi eſſe hominis arbitretur? Si enim ſemel [b] facere optimum eſt, quanto magis ſæpius? Si hora prima, ergo & tota die. Si una hoſtia placabilis, placabiliores utique hoſtiæ plures [c], quia multiplicata obſequia demerentur potius, quam offendunt.

a *Quid midi affert cauſſæ*: Al. *Quid mihi enim* &c. En demonſtratio, qua aſſumptum eſſe verum, oſtendit.

b *Si enim ſemel* &c. Simili uſus eſt argumento S.Hieronym. contra Vigilantium quum ait: *Quod enim ſemel feciſſe bonum eſt, non poteſt malum eſſe ſi frequenter fiat* &c.

c *Hoſtiæ plures*: Al. *plurimæ*.

8.

Non enim nobis odioſi videntur ii famuli, qui aſſidui, & frequentes ad obſequium fuerint,

rint, ſed magis chari. Cur igitur ſit in culpa [a], & nomen reprehenſibile [b] ſuſcipiat, qui aut filios ſuos magis diligat [c], aut deos magis honorat, laudetur autem qui minus?

a *Sit in culpa*: Phraſis Ciceroni familiaris. Al. *ſit in culpa*: Al. *Sic in culpa*. Al. *Sicut culpæ*.
b *Reprehenſibile*: Al. *reprehenſibilis*.
c *Magis diligat, aut Deus magis honorat*: Al. diligit &c... *honorat*. Aldus nobiſcum ſecundo loco legit.

9.

Quod argumentum etiam ex contrario valet. Si enim totos dies precari, & immolare criminis eſt [a], ergo & ſemel. Si ſuperſtites filios ſubinde optare vitioſum eſt, ſuperſtitioſus igitur & ille, qni etiam raro [b] id optaverit. Aut cur vitii nomen ſit ex eo tractum, quo nihil honeſtius, nihil juſtius optari poteſt?

a *Criminis eſt*: Deeſt Tò *eſt* in noſtro Ms. Codice.
b *Qui etiam raro*: Adverbio plurimi carent.

10.

Nam quod ait, religioſos a relegendo [a] appellatos, qui retractent ea diligenter, quæ ad cultum deorum pertineant: cur ergo illi, qui hęc ſæpe in die faciant, religioſorum nomen

a *Religioſos a relegendo*: Al. *a religendo*.

men amittunt, quum multo utique diligentius ex aſſiduitate ipſi relegant ea, quibus dii colantur.

b *Quibus dii colantur*. Al. coluntur.

11.

Quid ergo eſt? Nimirum religio veri cultus eſt, ſuperſtitio falſi. Et omnino quid colas, intereſt [a] non quemadmodum colas, aut quid precere [b]. Sed quia Deorum cultores

a *Nimirum religio veri cultus eſt, ſuperſtitio falſi.* Ex his, & ſequentibus explanatio noſtra confirmatur, quam ſupra dedimus ſeg. *6.*

b *Et omnino quid colas, intereſt, non quemadmodum colas*: Iſæus heic: *Falſum eſt*; inquit: *non enim falſi cultus eſt ſuperſtitio, ſed etiam veri, at non debite exhibiti: ut docet S. Thomas* 2. 2. *q.* xcii. nempe Art. ii. in Corpore, ubi ait: *Poteſt enim Divinus Cultus exhiberi, vel cui exhibendus eſt, ſcilicet Deo vero; modo tamen indebito.* Sed de hac ſpecie ſuperius jam ſatis Lactantius dixerat hoc edem libro cap. iii. ſeg. *6*,, quod meminiſſe debuerat Iſæus; Nunc de *obiecto veri cultus* noſter agit, quod ſi dignum ſit, parum refert, bis ne, an centies in die idem illi obſequium renovare, Hoc quippe ſignificare voluit author verbis illis: *quemadmodum colas*; ſcilicet *quoties*, aut *qua frequentia*. Notandum etiam eſt, a nonnullis tam typis editis, quam Mss. hæc omnia abeſſe, & forte ab aliquo abraſa ſunt, qui in Iſæi ſenſum inconſulte iverunt. Vide omnino Diſs. xxvii. cap. II. §. 1.

Aut

Digitized by Google

res [c] religioſos ſe putant, quum ſint ſuperſtitioſi : nec religionem poſſunt a ſuperſtitione diſcernere, nec ſignificantiam [d] nominum exprimere [e].

c *Aut quid precere*. Bon. *aut quid praecedere*.

d *Sed quia Deorum Cultores* &c. rationem reddit, & fundamentum evertit falſæ definitionis in eo potiſſimum ab Ethnicis ſitum, quod adorando Deos, ſe religionem tenere putabant, quæ tamen non religio erat; ſed vera, ac tota ſuperſtitio; vel ſi mavis falſa, ac mentita religio, eodem Tullio teſte, qui *L.* II. *de Divinatione* ait : *Quæ ordine, & ratione vacant, ea mentita, & falſa, plenaque erroris ſunt*. Talis propterea Heterodoxorum religiones ſunt, ut in diſſ. XXVII. cap. II. demonſtravimus.

e *Nec ſignificantiam nominum* : Jam iterum *ſignificantiæ* vocabulo utitur.

12.

Diximus nomen religionis a vinculo pietatis eſſe deductum [a], quod hominem ſibi Deus religavarit, & pietate [b] conſtrinxerit : quia

a *A vinculo pietatis eſſe deductum* : Pietas enim inter omnes primum reſpicit Patrem, a quo eſſe ſuum recipit, illique, veluti obligatur non uno, ſed pluribus vinculis, ſive potius vinculo ex pluribus funiculis compacto. Unde Cæleſtis, ac omnipotens Parens noſter Deus per Oſeam prophetam mihi illud dixiſſe videtur : *In funiculis Adam traham eos, & in vinculis charitatis* &c. Oſeæ XI. ℣. 4.

b *Religaverit, & pietate conſtrinxerit*. Al. *relegavit, & pietate conſtruxit*. Al. *religavit*.

quia ſervire nos ei, ut domino, & obſequi, ut patri, neceſſe eſt.

13.

Melius ergo id nomen Lucretius interpretatus eſt [a], qui ait: *religionum* ſe *nodos exolvere*. Superſtitioſi autem vocantur non qui filios ſuos ſuperſtites optant, (omnes enim optamus [b]) ſed aut ii, qui ſuperſtitem memoriam defunctorum colunt, aut qui parentibus ſuis ſuperſtites [c] colebant imagines eorum domi, tanquam deos penates [d],

---

a *Lucretius interpretatus eſt*. Scilicet L. I. v.931.
. . . . Et arctis
Religionum animos nodis exſolvere pergo,
quod lib. IV. ℣. 7. iterum repetit.

b (*Omnes enim optamus*)Hinc cælibem non fuiſſe Lactantium non obſcure colligimus.

c *Parentibus ſuis ſuperſtites*. Al. *ſuperſtitibus*.

d *Tamquam Deos Penates*. Jam diximus, qui eſſent apud Ethnicos Dii Penates; ideo heic notaſſe ſufficiat, quomodo Lactantius ſemper eos inſectetur, quia homines mortuos, tamquam Deos, colebant, cultu nimirum Deo unice debito. Caute præteriens cultum debitum hominibus in Domino quieſcentibus, utpote qui inter Gentiles nullus prorſus eſſe poterat.

14.

Nam qui novos ſibi ritus aſſumebant, ut in deorum vicem mortuos honorarent, quos

ex hominibns in cælum [a] raptos putabant, hos ſuperſtitioſos vocabant [b].

a *Hos ſuperſtitioſos vocabant*. Lege enim cautum erat apud Romanos, *ſeparatim nemo habeſſit Deos neve novos, ſive advenas, niſi publice adſcitos, privatim colunto*.

b *In Cælum raptos*. Al. *ereptos*. Vide quæ diximus de Gentilium Apotheoſi diſſ. xxvii. cap.vi. §.1.

15.

Eos vero, qui publicos, & antiquos deos colerent, religioſos nominabant. Unde Virgilius,

Vana ſuperſtitio [a], *veterumque ignara Deorum*.

a *Vana ſuperſtitio* &c. Virgil. L. viii. æn.℣. 187.

16.

Sed quum veteres quoque deos inveniamus eodem modo conſecratos eſſe poſt obitum, ſuperſtitioſi ergo qui multos ac falſos deos [a] colunt. Nos autem religioſi, qui uni, & vero Deo ſupplicamus.

CAP.XXIX.

a *Qui multos, ac falſos Deos*. Confirmat ex hactenus dictis, quod ſeg. 6. notavimus; præteriens alias ſuperſtitionis ſpecies, de quibus alibi ſermo redibit.

CAP. XXIX.

1.

FOrtaſſe quærat aliquis quomodo, quum Deum nos unum colere dicamus, duos tamen eſſe aſſevaremus, Deum patrem, & Deum filium [a], quæ aſſeveratio pleroſque in maximum impegit errorem [b].

a *Quum Deum unum colere dicamus, duos tamen eſſe aſſeveremus, Deum Patrem, & Deum Filium. Tò eſſe* Abeſt a quibuſdam Mss., & editis. Nota heic Lactantii noſtri ſatis cautum loquendi modum; nam de Deo loquens; *unum* dicit; de Perſonis ſermonem inſtituens non *duos Deos* ſed ſolummodo *Deum, Patrem*, ſcilicet, *& Filium*, nominat; Ne ſcandalum Gentibus præberet.

b *Impegit errorem*. Al. *impingit*: de iis infra.

2.

Quibus quum probabilia videantur eſſe, quæ dicimus; in hoc uno labare [a] nos arbitran-

R 2

a *In hoc uno labare nos arbitrantur*: Fulvius Urſinus legendum putavit, *in hoc uno laborare*: ad illum Horatii.

...... qui paria dicunt peccata.
Laborant quum ventum eſt ....

Sed nihil muto; *labare* enim eſt *vacillare & vacillando modo huc, modo illuc ferri*, & tranſlate optime

trantur, quod & alterum, & mortalem *b* Deum fateamur. De mortalitate jam diximus, nunc de unitate doceamus.

me de iis dicitur, qui in una, eademque ſententia minime conſtans eſt. Idem Lact. l.v. cap. xviii. *Ignoratio veri facit incertam, labantemque Sententiam* &c.

b *Quod alterum, & mortalem*. Al. *quod & æternum, & mortalem*.

3.

Quum dicimus Deum patrem, & Deum filium, uon diverſum dicimus *a*, nec utrunq; ſecernimus, quia nec pater ſine filio eſſe poteſt, nec filius a patre ſecerni: ſiquidem nec pater ſine filio nuncupari, nec filius poteſt ſine patre generari *b*.

a *Quum dicimus Deum Patrem, & Deum filium, non diverſum dicimus, nec utrumque ſecernimus*. Notanda ſententia, ut Lactantium noſtrum ab obtrectatorum calumniis ſuo loco vindicemus.

b *Nec Pater ſine Filio nuncupari poteſt, nec filius ſine Patre generari*: Preme *Tò nuncupari*; in eo enim vis relativa conſiſtit, qua utimur ad id explicandum, quod ſequitur.

4.

Quum igitur & pater filium faciat *a*, & filius

a *Quum igitur & Pater filium faciat*: Scilicet per relationem realem ita ut verbum *facere* heic valeat ac [illegible] *conſtituat, inferat, importet, denominet*.

lius patrem [b]: una utrique mens, unus ſpiritus, una ſubſtantia eſt [c]: ſed ille quaſi exuberans fons eſt [d], hic tanquam defluens ex eo

b *Et Filius Patrem*. Scilicet per aliam, & quidem diſtinctam realem relationem; Non enim unum ſine altero eſſe poteſt. Vide omnino Tertullianum adverſus Praxeam cap. x. Al. *& filius fiat*: Peſſime. Vide Diſſ. xxix. cap. v. §. vii.

c *Una utrique mens, unus Spiritus, una Subſtantia eſt*. Quid clarius deſiderari poterat ab iis, qui Lactantium noſtrum Arianum putarunt, ut eum a tam enormi errore dimitterent abſolutum? Quæ immediate ſequuntur uſque ad ea verba: *Propiore exemplo* &c. deſunt in noſtro Bon. Cod., & exempla notanda ſunt ad illud declarandum, de quo diximus ſupra ad L. iv. cap. vii. & Lib. II. cap. pariter viii.

d *Sed ille quaſi exuberans fons eſt, hic tamquam defluens rivus* &c. Vide L. ii. cap. viii. ſeg. 3., Langletius vocem ſuam heic extollit dicens: *Quamquam Lactantius videatur Catholicus circa Verbi divinitatem, nimis tamen balbutit, quum ſummum iſtud myſterium comparationibus naturalibus comparere conatur*. Sed melius erat, ut quemadmodum alibi cum Gallæo deſipere ſolet, ita heic etiam cum eo ſilentium ſervaret. Quotquot ſunt Ecceleſiæ Patres iis ſimilitudinibus utuntur ad declarandum divinæ generationis myſterium; quod quum nullus Lactantio noſtro elegantius explanaverit, neſcio quo plauſu excipi poſſit ab eruditis hæc Langletii nota vere puerilis. An ne audiet ab aliquo illud Horatii ſerm. L. ii. Satyr. iii. a v. 223.

. . . . . . penes te es?
Quid cum balba feras annoſo verba palato?

eo rivus : ille tamquam Sol [e], hic quaſi radius a Sole porrectus .

e *Ille tamquam ſol* &c. Vide Tertull. Apol. c.xxi.

5.

Qui quoniam ſummo patri & fidelis, & charus eſt, non ſeparatur, ſicut nec rivus a fronte, nec radius a ſole, quia & aqua fontis in rivo eſt, & ſolis lumen in radio : æque nec vox ab ore [a] ſejungi, nec virtus, aut manus a corpore divelli poteſt .

a *Æque nec vox ab ore* . Al. *æque neque* .

6.

Quum igitur a prophetis idem manus Dei, & virtus & ſermo dicatur, utique nulla diſcretio eſt : quia & lingua ſermonis miniſtra eſt, & manus [a], in qua eſt virtus, individuæ ſunt corporis portiones.

a *Miniſtra eſt, & manus* &c.. Al. verbum, alii copulam omittunt, & ſenſum obſcurant .

7.

Propiore uti exemplo [a] libet : quum quis habet filium, quem unice diligit, qui tamen ſit in domo, & manu patris [b], licet ei no-

a *Propiore exemplo* . Al. *Propriore*, & ſic Bon.
b *In Domo, & in manu Patris*. Al. & *manibus Patris*

nomen domini, poteſtatemque concedat; civili tamen jure & domus una, & unus dominus nominatur.

tris. Filii enim & *emancipari*, *&* *manu mitti* à Patre dicuntur, ut ſupra vidimus ad c. 3.; unde in manu Patris eſſe, adhuc cum illo domum gubernare, ſeu in unum incolere ſignificat, unumque cum illo eſſe reputatur.

8.

Sed mundus una Dei domus eſt [a]: & filius ac pater, qui unanimes incolunt mundum, Deus unus eſt: quia & unus tanquam duo, & duo tamquam unus.

a *Sed mundus una Dei Domus eſt*. Minucius Felix cap. XXXII. *Deo*, inquit, *una domus eſt mundus hic totus*.

9.

Neque id mirum, quum, & filius ſit in patre [a], quia pater diligit filium, & pater in filio; quia voluntati patris fideliter paret, nec unquam faciat aut fecerit, niſi quod pater aut voluit, aut juſſit.

a *Quum & filius ſit in Patre*. Idem Chriſtus Dominus Jo: x. v. 38. ait: *Pater in me eſt*, *&* *Ego in Patre*.

10.

Denique unum Deum eſſe tam patrem quam

quam filium, Eſaias in illo exemplo, quod ſuperius poſuimus *a*, oſtendit, quum diceret: *Adorabunt te, & te deprecabuntur, quoniam in te Deus eſt, & non eſt alius Deus præter te*. Sed, & alio loco *b*, ſimiliter ait: *Sic dicit Deus rex Iſrael, & qui eruit eum Deus æternus: ego primus, & ego noviſſimus, & præter me nemo eſt Deus*.

a *In illo exemplo, quod ſuperius poſuimus*: Nempe cap. XIV. ſeg. 7. ex Iſajæ cap. XLV. ℣. 14.
b *Sed & alio loco*: ſcilicet Iſajæ cap. XLIV. ℣. 6.

11.

Quum duas perſonas propoſuiſſet Dei regis, id eſt Chriſti, & Dei patris, qui eum poſt paſſionem ab inferis excitavit, ſicut oſtendiſſe diximus *a* Oſeam prophetam, qui ait: *Et de manu inferorum eruam eum*: tamen ad utranque perſonam referens, intulit, & *præter me non eſt Deus*, cum poſſet dicere præter nos: ſed fas non erat plurali numero, ſeparationem tantæ neceſſitudinis fieri.

a *Sicut oſtendiſſe diximus Oſeam prophetam*: Nimirum cap. XIX. ex Oſeæ XIII. 13.

12.

Unus eſt enim ſolus, liber, Deus ſummus, carens origine *a*, quia ipſe eſt origo re-

a *Carens origine*: Intellige Eſſentiam divinam, ſeu

rerum, & in eo ſimul & filius & omnia continentur.

ſeu PatrisPerſonam secundum ea, quæ diximus ſupra c. XIII. ſeg. 2., & L. 1. ſeg.2. cap. VII., & ibidem ſeg.,12. & 13., & L. 11. cap. IX. ſeg.41. & 44.

13.

Quapropter quum mens, & voluntas alterius in altero ſit, vel potius una in utroque; merito [a] unus Deus uterque appellatur: quia quicquid eſt in patre, ad filium transfluit, & quicquid in filio, a patre deſcendit.

a *Una in utroque; merito*. Al. male *una*; *in utroque merito &c.*. Al. *in utroque una &c.*

14.

Non poteſt igitur ille ſummus, ac ſingularis Deus niſi per filium coli: qui ſolum patrem ſe colere putat, ſicut filium non colit, ita nec patrem quidem [a].

a *Ita nec patrem quidem*. Al. repetunt: *Colit*.

15.

Qui autem filium ſuſcipit, & nomen ejus gerit, is vere [a] cum filio ſimul & patrem colit, quoniam legatus, & nuntius, & ſacerdos ſummi patris eſt filius. Hic templi maximi

a *Is vere* Bon. *is vero*.

ximi [b] janua eſt, hic lucis via, hic dux ſalutis, hic oſtium vitæ.

b *Hic templi maximi* &c. Reſpicit ad illud Chriſti effatum apud S. Joh. xiv. ỷ. *6. Ego ſum via, & veritas, & vita &c.*

CAP. XXX.

1.

SEd quoniam multæ hæreſes extiterunt, & inſtinctibus dæmonum, populus Dei sciſſus eſt, & determinanda eſt nobis veritas breviter, & in ſuo [a] proprio domicilio collocanda: ut ſiquis aquam vitæ cupiet [b] haurire, non ad detritos lacus deferatur, qui non habent venam, ſed uberrimum Dei noverit fontem, quo irrigatus, perenni luce [c], potiatur.

a *Et in ſuo*. Al. *ac in ſuo*.
b *Cupiet*; Al. *cupit*.
c *Perenni luce*. Fulv. Urſin., & Iſæus mallant *perenni latice*; Nullo tamen codice ſic legente, nihil immutamus.

2.

Ante omnia ſcire nos convenit, & ipſum, & legatos ejus prædixiſſe, quod plurimæ ſectæ haberent exiſtere [a], quæ concordiam ſancti

a *Quod plurimæ ſectæ habereat exiſtere*: Heum: mo-

cti corporis rumperent : ac monuiſſe, ut ſumma prudentia caveremus, ne quando in laqueos, & fraudes illius adverſarii noſtri, cum quo nos Deus luctari voluit, incideremus.

more ſuo corrigit: *deberent exiſtere* : Al. addut, *&* *hæreſes* poſt *Tò ſectæ* : Pro noſtra lectione ſimilem locum habemus ſupra c. XII. ſeg.15. & L. VII. cap.VI. ſeg.6. & Cicer. L. I. Epiſt. V. ad Lentulum, ubi ait: *habeo ſcribere*. Adde Bunem. notas ad L. c.

3.

Tum dediſſe certa mandata, quæ in perpetuum cuſtodire debemus [a]. Quorum plerique immemores, deſerto itinere cæleſti, viaſibi devias per anfractus, & præcipitia conſdiderunt, per quas partem plebis incautam, & ſimplicem, ad tenebras, mortemque deducerent.

a *Cuſtodire debemus*. Al. *deberemus*.

4.

Quod quatenus acciderit, exponam. Fuerunt quidam noſtrorum vel minus ſtabilita fide, vel minus docti, vel minus cauti, qui diſcidium [a] facerent unitatis, & Eccleſiam diſſiparent. Sed

a *Qui diſcidium facerent unitatis*. Al. *diſſidium*: Intellige ſchiſmata, quorum aliqua, & quidem Lactantii temporibus, fuerunt particularium Eccleſiarum, alia vero Eccleſiæ univerſalis, ut infra dicemus.

5.

Sed ii, quorum fides fuit lubrica, quum Deum noſſe ſe, & colere ſimularent, augendis opibus, & honori ſtudentes, affectabant maximum Sacerdotium [a], & a potioribus victi, ſecedere cum ſuffragatoribus ſuis maluerunt, quam eos ferre præpoſitos [b], quibus concupierant ipſi ante præponi.

---

a *Affectabant maximum Sacerdotium*. Romanum, ac totius Eccleſiæ Pontificatum, quod paullo infra demonſtrabimus, ut Romanæ Sedis primatum, Lactantio teſte, aſſeramus; & primi in Eccleſia Dei Schiſmatis originem retegemus non niſi ſuperbia, & præſumptione conflati. Vide Severum Sulpicium L. II. cap. XVII. Heic interea nota Betuleii temerariam inſcitiam: *viderit*, inquit, *Romanus Pontifex*. Ubi potius dicendum erat: videant Heterodoxi quo nomine R. P. ſit appellandus.

b *Quam eos ferre præpoſitos*. Bon. *Nam eos ferre præpoſitos*. Aldus: *Nec eos &c.*

6.

Quidam vero non ſatis cæleſtibus literis eruditi, quum veritatis accuſatoribus reſpondere non poſſent, objicientibus, vel impoſſibile, vel incongruens eſſe, ut Deus in uterum mulieris ſe [a] includeret, nec cæleſtem illam

---

a *In uterum Mulieris ſe includeret* Al. *in uterum ſe mulieris*. Al. *indueret*.

illam majeſtatem ad tantam infirmitatem potuiſſe deduci, ut hominibus contemptui, deriſui, contumeliæ, & ludibrio eſſet.

7.

Poſtremo etiam cruciamenta perferret, atque in execrabili patibulo figeretur: quæ omnia quum neque ingenio, neque doctrina defendere, ac refutare poſſent (nec enim vim, rationemque penitus [a] pervidebant) depravati ſunt ab itinere recto, & cæleſtes literas corrupperunt, ut novam ſibi doctrinam ſine ulla radice, ac ſtabilitate componerent.

a *Nec enim vim rationemque*, aut *rationem*. Al. *nec non*.

8.

Nonnulli autem falſorum prophetarum vaticinio illecti, de quibus & veri prophetæ, & ipſe prædixerat, exciderunt a doctrina Dei [a], & traditionem veram reliquerunt.

a *A doctrina Dei*. Al. a *Dei*. Al. a *Deo*. Al. abſolute: *exciderunt doctrina*. Al. *doctrinam*.

9.

Sed illi omnes dæmonum fraudibus irretiti [a], quas proſpicere, & cavere debuerant, divi-

a *Dæmonum fraudibus irretiti*. Al. *Dæmoniacis fraudibus*.

divinum nomen,& cultum per imprudentiam perdiderunt *b*.

b *Divinum nomen, & cultum .... perdiderunt*. Ex ſupradictis ad cap.x: vidimus heic *divinum nomen perdere*, idem ſignificare, ac non amplius à Chriſto Domino denominari, ut infra magis conſtabit. Eodem ſenſu Seneca Epiſt. xiv. dixit: *Nullius nomen fero* &c.

10.

Quum enim Phryges *a*, aut Novatiani *b* aut

a *Quum enim Phryges*, ſeu potius *Cataphryges*, qui ex infantium ſanguine, minutis acubus exthracto, & farinæ admixto, panem Euchariſticum confeciſſe dicuntur; pueros illos vel,ut Martyres colentes, ſi ea de cauſa mori contigiſſet, vel eos habentes pro ſummis Sacerdotibus, ſi ſuperſtites remanerent. Montanum in Myſia Phrygiæ natum, inſatiabili Eccleſiaſtici Primatus cupiditate incenſum, & Prophetam ſe Paracleto plenum, adjuvantibus duabus nobilibus Matronis, quas à propriis viris abduxerat, *M*aximilla ſcilicet, & Priſcilla, falſa prophetici luminis dote illuſis, caput ſuum, & authorem Cataphryges habuere, quod, quamvis inter hæreticos ſui temporis in præclaro de præſcriptionibus libro recenſuiſſet Tertullianus, tamen proprii ingenii ſublimitate inflatus, eo dementiæ pervenit, ut Montani partes adverſus veram Chriſti Eccleſiam præfractæ propugnaverit, novoſque errores cumulaverit, ſecundo Eccleſiæ ſæculo, ut hiſtorici tradunt. De Phrygum hæreſi meminit Euſeb. L.v. *Hiſt. Eccl.* cap. xvii.

b *Aut Novatiani*. Sic à Novatiano, Romano Præ-

aut Valentiniani [c], aut Marcionitæ [d], aut, Antrophiani [e], aut Arriani [f], ſeu quilibet alii no-

---

Præsbytero dicti, qui contra S. Cornelium, S. Fabiani in S.Petri ſede ſucceſſorem, Novato hæreſiarcha moliente, primus Antipapa, à tribus Epiſcopis fraudolenter inductis proclamatus eſt, ut oſtendunt literæ de ſua adverſus Cornelium electione, quas dedit ad omnes Eccleſias. Ex Schiſmatico hæreticus poſt dejectionem factus, Novatianis, ſeu etiam Novatienſibus, ducem ſe præbuit, ac ſocium impietatis. Vide Euſeb. L.VI. c.XXXV., & ſeq. Geneb. in Corn. &c.

c *Aut Valentiniani*. Sic à Valentino Ægyptio nuncupati, quem Epiſcopatus ſpe devorati, & numquam rite ſuſcepti, fruſtratum, ab Eccleſiæ unitate, ac Chriſti fide defeciſſe, traditum eſt. Eum veniſſe Romam, ſuoſque errores abjuraſſe, graviſſimi narrant hiſtorici; at iiſdem iterum irretitus, pertinax obiit, pluribus ex eo ſectis deinde male ſubortis. Vide S. Epiph. *hær.* XXXI., & Tertull. L. *Contra Valent &c.*

d *Aut Marcionitæ*. Ji Sectatores fuere Marcionis, qui ex Urbe Synope, ad Pontum Euxinum ſita, natus, à patre, poſt conjugis mortem ad Epiſcopatum evecto, propter quamplurima perpetrata ſcelera & conſecratam Deo virginem corruptam, excomunicatus, Romam confugit, ſpe ductus, fidelium Communioni à Romano Pontifice redditum iri; ſed ob nequitiam ſuam, ſpe fruſtratus Cerdoni, Heracleonis Diſcipulo ſe adjunxit, illumque nactus impietatis magiſtrum; eo ſuperior hæreſeos virus latius diffudit, ut a S. Polycarpo *Diaboli primogenitus* appellatus ſit. Tertullianus L. I. contra eum conſcripto, ſummam

nominantur, Chriſtiani eſſe deſierunt [g], qui Chriſti nomine amiſſo, humana, & externa vocabula induerunt,

Sola

mum ſtyli ſui vim in eum effudiſſe videtur.

e *Aut Antrophiani*. Non Anthropomorphitæ, ut perperam contra Iſæum, Gallæus putat; Nam etiam apud S. Cyrrianum Epiſt. LXXIII. ab invicem diſcernuntur, quum iidem eſſe nequeant, qui ſæculo Eccleſiæ quarto ab Audæo Syro etiam *Audiani*, ſeu *Odiani*, aut etiam *Vadiani* dicti ſunt; Audæus enim Ario ſuppar fuit,& longe ambo S.Cypriano poſteriores. Quem autem habuerint errotum ſuorum ducem,penitus ignoramus.

f *Aut Ariani*: In noſtro Bonon. Codice, & apud Aldum juniorem iſta deſunt, ac in editis Thomaſii, & Iſæi. Nos alios hiſce vocibus carentes, invenire non potuimus inter eos, quos vidimus, quamvis alii referant duos in Bibl. Regiæ Paris: unum Claramontanun, alterum Cauccianum codices cum iis facientes; Ideoque cum melioribus ea retinuimus cujus facti rationem reddidimus in diſſ. IX. à §. I. ſeq. Schottus vero heic annotat: *Aut Ariani. Eſt in aliis Edit: quod ſublatum a Thomaſio forte quod in prefat. Arianis faviſſe, negaret, nihil tamen in notis admonens. Indignatur merito Cardinalis Baron Tom.* IV. *Ann. Eccl. ubi de Arianiſmi Origine.*

g *Chriſtiani eſſe deſierunt,qui chriſti nomine amiſſo, humana, & externa vocabula induerunt* : Quamvis nou omnes hætetici Chriſtianorum nomine ſpoliari debeant; ii tamen, qui contra Jeſu Chriſti, reparatoris noſtri divinitatem inſurrexere, id meruiſſe viſi ſunt quamvis heic Lactantius uſitataphraſi, ut jam ſupra

pra

pra notavimus, eos nomen amiſiſſe dicat, quia non a Chriſto Chriſtiani; ſed ab hæreſis ſuæ authore nominari maluerunt. Betu lejus more ſuo putat, eodem nos in errore verſari, quum Religioſorum ordines appellamus à ſuis condi toribus, ac ii, qui a Luthero Lutherani, a ZuinclioZuincliani &c. confundens perperam Chriſti membra cum Diaboli mancipiis.

11.

Sola igitur catholica Eccleſia eſt, quæ verum cultum retinet [a]. Hic eſt fons veritatis, hoc eſt domicilium fidei, hoc templum Dei: quod ſiquis non intraverit, vel a quo ſi quis exiverit, a ſpe vitæ, ac ſalutis æternæ alienus eſt.

a *Sola igitur Catholica Eccleſia eſt, quæ verum cultum retinet*. &c. Audiant, qui extra ejus caſtra nomen dant, quomodo Lactantio teſte, quem merito plurimi faciunt, *a ſpe vitæ, ac ſalutis æternæ alieni* ſint, neceſſe eſt, Heterodoxi, quibus nec una eſt, nec Catholica Eccleſia.

12.

Neminem ſibi oportet pertinaci concertatione [a] blandiri. Agitur enim de vita, & ſalute: cui niſi caute, ac diligenter conſulatur, amiſſa, & extincta erit.

a *Pertinaci concertatione*: Hæc enim eſt hæreſis conſtitutivum.

13.

Sed tamen quia ſinguli quique cætus hæretico

ticorum [a] ſe potiſſimum Chriſtianos, & ſuam eſſe catholicam eccleſiam putant, ſciendum eſt, illam eſſe veram, in qua eſt confeſſio[b], & pænitentia, quæ peccata, & vulnera, quibus ſubjecta eſt imbecillitas carnis, ſalubriter curat.

Hæc

a *Singuli quique Coetus hæreticorum*: Antiqua nimirum audacia, quam in poſteros tranſiſſe videmus.

b *Sciendum eſt, illam eſſe veram, in qua eſt Confeſſio, & pænitentia*: Superius cap.XVII. ſeg.15. notavimus, hæc, & ibidem a Lactantio dicta, intelligi debere de Sacramento fidei, ac pænitentiæ, quo per baptiſmum, qui peccatis obnoxii ſunt, ſuis curantur infirmitatibus. Nam ſi cum Gallæo dicas, Lactantium loqui de confeſſione fidei circa Chriſti divinitatem, aut cum Dallæo de publica confeſſione peccatorum, qua contra Novitianos ſpem veniæ fiebat lapſis in fidelium communionem recipiendis, fruſtra addidiſſet noſter: *Quæ peccata, & vulnera, quibus ſubjecta eſt imbicillitas carnis, ſalubriter curat*. Illa enim pænitentia, & confeſſio publice, & palam facta ſine Sacramentali judicio, & Sacerdotis abſolntione, nec peccata delet, nec carnis curat imbellitatem, quum & coacte, & cum fictione fieri contingat; nec talis eſt, qualem eſſe debere pœnitentiam ad delenda peccata commiſſa docent S. Jacobus in ſua Canonica Cap. v. ℣. 16 & S. Joh. Evangeliſta Ep.1. cap.1. ℣.9. ut à nobis demonſtratum eſt diſſ. XXXV. Cap. II. §.IV. collatis Lactantii Verbis, quæ cum in hoc libro, tum in Epitome, debita temporibus loquendi cautela ſervata, conſcripſit.

14

Hæc interim paucis admonendi gratia retuli, nequis errorem fugere cupiens, majori implicetur errore [a], dum penetrale veritatis ignorat.

a *Ne quis errorem fugere cupiens, majore implicetur errore*: quaſi futurorum præſcius hæc ſcripſiſſe videtur Lactantius; ſed arcani diſciplina prohibitus, illud ſaltem addidit: *dum penetrale veritatis ignorat*.

15

Poſtea plenius, & verius [a] contra omnes mendaciorum ſectas proprio, ſeparatoque opere pugnabimus. Sequitur, ut, quoniam ſatis de religione vera, & ſapientia locuti ſumus, in proximo libro de Juſtitia diſſeremus.

a *Poſtea plenius, & verius* Preme Tò *verius*, ut intelligus, quæ ſæpius diximus, Lactantium ſcilicet in hiſce ſuis lucubrationibus adverſus Gentes editis, ſeſe infirmitati eorum, ac temporis rationi accomodaſſe, ut eos ſuaviter ad ſalutis ſemitam reduceret. Vide ſupra ad cap. VIII., & ad l. V. c. I.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

4 - 3 - 4

Digitized by Google